

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

**Capvt XVII.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

longinquum, aut etiam impossibile putarent, subdit esse ex praesentibus, ex tamen & ex mortuis, de his sanctis, quoniam gustabunt mortem, donec venientem filium hominis in regnum suum viderent. Si igitur filius hominis post crux, & mortem mox in regno erit, & a quibusdam astantibus videbitur, de eorum preciosis, qui regnantis amici sunt, bene etiam sperare licet. Quid porto nomine regni intelligatur. Valde ambiguum faciunt exppositores. Multi aduentum Christi, in extremo die iudicii interpretantur, venient enim in tempore της βασιλείας αὐτοῦ in regno suo, ita est enim in greco. Quia totam regni potentiam & maiestatem circa se collectam adducet, & pro tribunali confederbit, index vitiorum & mortuorum: Confirmari videntur ex Marco; ille enim dixit, donec vivant regnum Dei, veniens in virtute & gloriacione in potentia: at regnum Dei, quamvis in resurrectione Christi, & Ecclesiae constitutione venerit in virtute, tamen praecepit venient in illa die, quando omnes inimicos ponent scabellum pedum suorum. Lucas absolute dicit, Donec videant regnum Dei. Denique videntur haec explicanda, ut cohaerant cum illis quae proxime conceduntur. Dicitur enim filius hominis venturus in gloria patris, cum sanctis angelis: minatur apud Marcum & Lucam, Si quis filium hominis erubescat, aut confusus fuerit, fore vi filius hominis eum confundatur, & erubescat, cum venerit in maiestate sua, & patris & sanctorum angelorum: deinde affirmat quodammodo discipulorum non morituros, donec ista videant. Illi ergo tum com- parebunt & subita morte immutabuntur. Alia interpretatio est S. Gregorii Homil. 32. Intelligentum de ecclesiae constitutione: sed prater illa quae dicta sunt, hoc etiam obstat videtur, quod non aliqui, sed omnes eam non modo viderunt, sed etiam in eius constructione architecti & adiutores fuerunt. Deinde non dubitabant iam breui Christum esse inchoatum regnum suum. Eodem modo & illud quod Caietanus intelligit de resurrectione & ascensione refutari videatur. Plurimum sententia est, de proxima transfiguratione in monte Thabor loqui Christum. Ita Hieronym. Hilat. Chrysostom. Theophylact. Euthymius, D. Thom. Lyranus. Nam eam aliqui, hoc est, tres Apostoli viderunt. Verum id difficile est cognoscere quomodo via visio quam timuerunt, & a fenibus ita alienati sunt, ut nescirent quid dicerent. Multo magis impropte dicunt filius hominis venire in regno suo, cum exhibuit illis visionem, & loqueretur cum Elia & Moyise, de excessu quem complecturus erat in Hierusalem, itaque denuntiatio illa fuit passionis. Ut minus re ipsa postea discipuli turbarentur. Marcus autem cum dicit: Eos videro regnum Dei in virtute, maius aliquid in dicere videtur, quam vniacum visionem, quam eti maximi Petrus fecit, tamen firmorem pronunciat esse prophetum sermonem. Quapropter probabilorem iudicio primam interpretationem.

## CAPVT XVIL

**E**t post dies sex assumpit Iesum Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum. 2. & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut mix. 3. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. 4. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: sis, fatiamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Elii unum. 5. Adhuc eo loquente, ecce nubes levigatae obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Huc est filius meus dilectus, in quo mihi bene complatur: 6. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. 7. Et accessit Iesu, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere. 8. Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt nisi solum Iesum. 9. Et descendenter illis de monte, praecepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem; donec Filius hominis a mortuis resurgat. 10. Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo Scriba dicas, quod Eliam oporteat primum venire? 11. At ille respondens, ait eis: Elias quidem venturus est, & restituere omnia. 12. Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eum quicunque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis. 13. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptistam dixisset eis. 14. Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus pronolutus ait, dicens Domine, misereere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur: nam sepe cadit in ignem, & in terebrem in aquam. 15. Et obtulit eum discipulis suis, & non potuerunt curare eum: 16. Respondens autem Iesu, ait: O generatio incredula, & peruersa, quoque ero vobiscum: usquequo patiar vos? Afferre hoc ille tam ad me. 17. Et increpauit illum Iesus, & exiit ab eo demonium, & curatus est puer ex illa hora. 18. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto, & dixerunt: Quare nos non potuimus ejus cire illum? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, ducetis meum hunc, Transibin illas, & transfluit, & nihil impossibile erit vobis. 20. Hoc autem genus non exicitur nisi per orationem, & ieiunium. 21. Conversantibus autem eis in Galilaea, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum. 22. Et occident eum, & tercia die resurget. Et contristati sunt vehementer. 23. Et cum venissent Capernaum, accesserunt qui didrachmam acceptabant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister noster non soluit ddrachma? 24. Ait: etiam. Et cum intrasset domum, praeuenit eum Iesus dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terra a quibus accipiunt tributum vel censum: a filiis suis, an a alienis? 25. Et ille dixit: Ab alienis. Dicit illi Iesus: Ergo liberti sunt filii. 26. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mutte hamum: & cum piscem, qui primus ascenderit, tolle: aperto ore eius, ita: tenies statorem, illum sumens, da eis pro me; & te,

Adam Conzen in *Europa* 1991, 1

## IN CAPVT DECIMVM SEPTIMVM

## ARGUMENTVM.

Ontinetur capite decimo septimo insignis reuelatio facta in monte sancto, quā gloriam suam tribus Apostolis Dominus ostendit, præsentesque testes adhibuit Moysen & Eliam Prophetas. Occasione autem Elia soluit quæstionem de Elia, qui venerat in Ioanne Baptista, & venturus est in propriâ persona, omniaque restituturus. Lutinicum deinde sanat electo dæmonio, quod propter incredulitatem suam discipuli pellere nequievunt, atque etiam ideo, quia nonnisi per orationem & ieiunium pelli hoc genus poterat. Tandem veniens Capharnaum didrachma soluit, ne scandala zaret exactores, alioqui protestatus liberum se esse, tanquam filium regis, atque ut se Dominum rerum ostenderet, statrem ex ore piscis acceptum solui imperat. Syriaca Ecclesia cum ultimo cap. præcedentis versu legit in festo tabernaculorum. *Vt supra exposui.*

A versu 14. ad 22. usque feriā secundā hebdomadis tertia ieiunij. Inde ad finem usque feriā tertia hebdomadis ieiunij. Ex quo apparet, aliisque similibus eam Ecclesiam tempore quadragesimali singulis diebus, alia atque alia Euangelia solitos proponere.

## VERVS 1.

*Et post dies sex assumit Iesu Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & dicit illos in montem excelsum seorsum.*

## QVÆSTIO I.

*Quando assumpit in montem discipulos?*

§. 1. **M**atthæus ait post sex dies, Marcus etiam, sed apud Lucam est ἦτορ ἡμέρας ὥδοι, quasi dies octo, facilis est tamen conciliatio. Lucas enim quasi octo dies confusè dicit, eo modo quo solemus dicere: octo dies circiter. Potest tamen dici, & post sex dies factum, & esse quasi octo dies. *Vt Augustin. de consensu Euang. lib. 2. Chrysostom. Hier. Damascenus. Theophylactus exponunt.* Si enim inter sex dies non numeratur ille, quo Petrus eum increpuit & iussus est fuisse, de tollenda cruce exhortationem audiuist, deinde dies ille, quo assumpit discipulos excludatur, ut sensus sit inter diem quo hæc acta sunt, & eum quo Christus ascendit in montem sex integros dies intercessisse, verissime dixit Lucas fuisse quasi dies octo: primum enim & extreum adnumerant sex intermedii, qui quia integri non fuerunt dicit quasi octo. Sic etiam Damascenus & Abul. q. 2. Mald. Barrad. Iansen. Hugo Carthusian. Beda.

§. 2. Cur post sex dies vel octauo die facta sit transfiguratio, causa certa dari non potest, nam quæ Rabanus de ætatis mundi habet, coniectura sunt, quæ Origen. de numeris, ad historiam non pertinent. Eodem modo in certum, cur non statim seorsum glorificaret, postquam dixit, sunt quidam de his sanctis, qui non gustabunt mortem, donec veniat regnum Dei: sed his non immoror. Vide Abulensi. q. 4. & 5. momenta enim quibus singula perageret, posuit in sua potestate, & ratio quæ omnia argumenta exsuperat, est decretum diuinæ voluntatis, saepe occultum, semper sapientissimum.

## QVÆSTIO II.

*Quis Mons?*

§. 1. **D**icitur mons excelsus ἡλιος rama opinio est, esse montem Thabor, quem Hieronymus in Galilæa collocat. Bocardus de situ terræ sanctæ, à Nazaretho abesse duas Leucas, Orientem versus, es-

seque ibi ruinas palatiorum regalium. Inclitus fuit victoriâ Barac, & Debora. Hegeippus Thabyrium appellat, alii Itabyrium. In Galilæa campo est, tribu Neptali: de Chades & Edrahi vrbes vicinas habet, altitudo 30. stadiorum, planitatem habet 20. stadiorum, à septentrione est inaccessus, aliis est in Iachar Thabor, & Iarius patet. Sanctus Petrus vocat ex hac visione montem sanctum. Vide Iosephum lib. 4. de bello c. 2. Hieronymum de locis H. br.

§. 2. Lucas orandi gratia ascendisse narrat, *ανεβη* enim *επερηφανίαν*: solebat enim in montibus orare. Causa igitur præcipua erat, oratio, ante Transfigurationem, in ipsa, & polti psalmi: nam & in monte pernoctarunt, sine dubio in oratione. Chrysostomus montis sublimitatem, conuenientem fuisse, ad gloriam sublimitatem ostendit. Remigius ut animos significaret à terreni rebus abstrahendos, & ad celestia extollendos. Noster Barradius recte docet celi Empyreali: itudinem in qua gloriam suam Deus patet in monte adumbratam. In montibus potoperaque olim gesta sunt, quæ admiranda fuerunt. In monte lex data, in monte maledictio & benedictio promulgata, in montem fugit Elias. Hic vero montem elegit victoriâ prophetissæ celebrem, vbi exercitus hostium cecidit.

## QVÆSTIO III.

*Cur tres solos?*

§. 1. **D**icit eos in montem excelsum *ανεψησεν*, quæ ferat suum, alia exemplaria habent *ανεψησεν* sursum ducit. Syrus habet *בְּלֹהַבְּלָה וְלָבְּלָה*, ubi minor cur Iun. & Tremellius verterint, subduxit, cum sit, sursum duxit; seu fecit, ascendere. Duxit autem *בְּלֹהַבְּלָה* seorsum ab aliis: Syrus *בְּלֹהַבְּלָה וְלָבְּלָה*. Tres percepit, quia ad Testimonium dandum sufficiebant. Præcipios elegit, Petrum confessione recenti nobilis, & promissione clauem cæteris antelatum, lacubum statrem Ioannis, Ioannem longævum & ultimum testem futurum, à Petro maxime diligebatur, & rationi consentaneum erat, amicos secretorum conscientios reddere. Ioannem ipse diligebat castitatis prærogativa carum, Iacobus inter primos semper fuit, cui & nomen Christus immutauit, ita Origen. Tract. 1. in Matth. Augustin. 2. ad Galatas. Chrysostom. hoc loco.

§. 2. Hoc tamen etiam hic obseruandum est, inter paucos illos etiam Petrum primo loco nominari: *Vt eius primatu* vbique *Spiritus sanctus* consulat. Tres primi

primarios discipulos accepit: quia in lege scriptum erat, in ore daorum, aut trium testimoniis flare omne verbum. Non oleniam gloriam omnibus putat Damascenus, ne ludas eriam videns efficeretur deterior. Plures causas apud Abel. q. 8. Rationem inter ceteras hanc etiam Abuladensis, ut res calaretur: Nam inter paucos factius arcuum continetur: Quin etiam in eum mei etis noctribus; non quod id ipsi merito, sed quod virtute principes essent, ideo illos humilioris consuevit. Theophilus ait, Tanquam virtutem ipsorum & potentes miraculum occultare allumpos. De la obo nonnulla est difficultas, verex duobus fuerit. Constat ex Mattheo tuisse fratrem Ioannis, cum sol et quid Deus est maior. Augustinus in libro ad Galatas, & Gloria eum esse ait, qui fuit primus Episcopus Ieronymorum, qui misericordia fratris Zebdei nec frater Ioannis. Ambrosius & Augustinus videtur eius erupa puerorum, nisi Ambrosius excusas quod labus minor fuerit ante motorem Episcopus I. rof. lym. rum, arque illi maior succelerit, quod probabile idicat Iansenus. Verum dimes velox in historia cubum ad eum faciunt primi facti quoniam Ieronymus dicitur. 3. Sed Iacobus dicit, Petrus illos adhuc habuit sua potentia, vt & ipsi sumissentur in fide, & non Ecclesia post resurrectionem ostendit esse: dominio consilio, testibus Mose & Iohannes. Iohannes mortem eius obiisse, tam enim faciebat, mortem euadere, quam facile nubes se circumdare, solis lucem facie indecere, vestibus candorem fulgurantem appingere. Quis enim hominem tantam maiestate fulgentem inuadere auderet?

Ex dignitate autem etiam dilectum factum ait Chrysostomus. Tunc, obitum, etiam agnoscimus eum.

## VERSUS 2.

*Et resplendit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba: sicut nix.*

## QUESTIO I.

*Qua transfiguratio?*

*M*iraculum Domini Graeci vocant. Syriac habent vocem **שְׁבִחַתָּא** resplendit balaoph, quod significat: mutatum est, ut seruatur. Radicem volunt esse balaoph. V. de Syri forment addito **וְשְׁבִחַתָּא** in fine Aporum 13. 6. ponitur; Vbi in graecis, μετατρεπονται, in latini, secundum opinionem Hinc. Et Iacobum unum ex Christianis, eam legendum inibunt: aut enim esse **אֶלְעָזָר** Nozer, hoc est, balaoph, & addit: **וְשְׁבִחַתָּא**. Itaque Syris Christianis vocantur resplendit balaoph, quod omnis generis mutationem significat.

*Primo constituendum est, non fuisse hanc mutationem essentia, sed accidentium duntaxat; idque rectius vestisse nostrum interpretem, cum dicit Transfiguratio, quam haereticos, qui fere vertunt: Transformari est. Quamuis forma sit etiam accidentialis; Verbum tamen transformandi apud Latinos si recepto factius de substantiali mutatione accipit.*

*In noua fort anima mutatis dicere formas, Corpora. 8. 3. Transfiguratione probant diuinitatem suam, corporumque splendorem gloriam solus Deus efficeret; deinde euocare Mosen, & Eliam illius est, Adami Conzen in Euang. Tom. I.*

cuia in manu sunt vii & mortui. Tertull. de resurrectione. Auguſtini. contra Felic. Arian. c. 9. 10. Ep. 5. 2. ad Dardanum. Tract. 50. in Ioannem. Vigilius Trident. I. b. 1. contra haereses. & lib. 4. contra Eutychianos. Probauit etiam corpora nostra post resurrectionem immortalia fore, & magna tua estate vestienda, dum in sua adhuc mortali carne tantam locum constituit. Non sunt mutata corporis lineamenta, sed facta illa triora, add. toline, faciem non subtraxit transfiguratio, sed dignitatem addidit. Hieronymus eo splendore ad iudicandum venturum dicit. Insumuntur, qui gloria cœlesti prædictum corpus existimant, immentum esse, nullo loco circumscriptum & orthodoxas vocare solent, creaturistas. 2. Scandalum crucis offensa potentia & maiestate valde immunit, ut habeat S. Leo Sermon. de Transfiguratione. Cur enim de resurrectione non bene ferent, cum Mosen mortuum in tanta gloria cernunt? Et Eliam raptum, diuina potentia hucusque custodidum? ut ipse quoque appareret in gloria. Hoc verteret obseruari.

Cyprian. de Resurrectione typum resurrectionis fuisse demonstrat. Mirati sumus in transfiguratione, quia facta est in monte, presentibus apostolis Petro, & Iacobo, & Ioanne, quando sicut sol resplendit facies Salvatoris & vestimenta eius candorem omnem exaperant. a. apostolorum nebetare consipicit. sed momentaneus ille deos imaginem, non speciem. Jam lumen non substantia, partem, non plenitudinem transformatione misit, & exibi ait. Prudentia vero affirmatur erat; non adversus modo aduertere, sed spe meliorum animos erigere. Et cum Christi Domini atque Mosis, & Elie vaticinia de passione & resurrectione audirent, variisque fide apprehendere. 2. Duo effectus sunt Transfigurationis. Primum, resplendit facies eius sicut sol. Vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Solis splendorem facies habuit, non lucem exiguum, qualis apparebat in facie Mosis, vt ostenderetur ille esse, unde omne dominum, omne lumen procederet. De vultu Marcus scribit, Lucas aliam faciem fuisse ait, καὶ ἦτορ ἡ ἀρρένεων, & species faciei illius alia. An solius vultus fuerit ille splendor, an ceterarum etiam partium? Negat Abulensis quod reliquum corpus vestibus operatum non cerneretur, ideo vestium tantum fuisse fulgorem. Mihi probatu sententia S. Ephrem. in oratione de Transfiguratione, & Hieronymi. Caiet. Barrad. non solius vultus & vestium, sed totius corporis cum fuisse splendorem; Nam si manus, quæ oculis discipulorum patabant, non relaxissent, magna ea in te deformitas apparuisset. Deinde Elias, Moses, forte etiam internum corpus videre potuerunt. Decebat sane potius, vt co peris interioris luce vestes resplendent, quam vt vestium esset maiestas, corporis autem nullus decor: præstatum cum beatorum in celo corporum post resurrectionem gloriose dotes, hac glorificatio representaret. Talem etiam vidit in Apoc. Ioan. i. 15. Vbi non solum caput & oculi, sed pedes etiam resplendebant, ut καλλονεῖαν. Quod Abulensis existimat corporis lucem non potuisse vestium opacam densitatem transire nimium restringit vim lucis supernaturalem, cum etiam sol interdiu nubibus conditus tamen lucem praebat, hic vero tanta lux erat, vt sive naturaliter, sive supernaturiter facile omnia compiceret. Alba autem gloriosis conueniunt corporibus, Marci 16, Ioan. 20. Apoc. 7. Sancti sunt candidati, olim quoque sic nobiles vocatos apud Hebreos ostendi in Genesi, sic etiam profanæ genitum candidatos suos coloris luce honoratos esse voluerunt. Quia festa candidati celebrabant.

*Et populus festo concorditer sus est.*

Eadem causa Mosis & Elias etiam apparuerunt & dicitur in gloria. Ut Domini gloriam servorum dignitas etiam ornaret. Alterum erat splendor vestium quæ

corporis glorioſi ſocietate refulgebant, Totus igitur ſplendidus erat.

Claraq; in luce refulgens,  
Os humerosq; Deo ſimili.

§. 4. Quod noster legit, & vertit: ſicut nix, id quædam græca habent, ὡς χιῶν, conſentunt veteres interpretes. Hilar. Auguſtin. & fere recentiores omnes: quamvis Origen. homil. 3. legat φῶν, lux. Veruntamen videtur potius legendum: vt nix. Huic enim conuenit verbum ἀλόν, quod album significat. Et Lucas habet ἀλόνει εἰς τὸ πάντα, album ſcintillans ſeu fulgurans. Marcus fuſſe vefimenta στλέπον splendoreν ἀλόνα νιῶν, alba valde ſicut nix, & addit, qualia non potest ſullo ſuper terram candida facere. Cum autem Marcus vefiglia Marthai qualis compendiator legeſe foliat, probabile eſt, eum ſic apud Martham legiſe: Syrus tamen habet οὐρανὸν nūhara, lux. Quod Zwinglius hyperboleū hic comminifcitur, falſum eſt: niue enim candidior erat vefiſis, ideoque fulgencis. Cum vero Olaus Magnus, quoddam animal niue candidius eſſe referat, eoque ſolo in niue capi, quod candore ſuo, qui niuem ſuperat, prodatur, cur non maior candor in vefte Christi maiestate ſuam oſtentis poruit exhiberi? Quin ipſe Zwinglius ſibi contradicit: cum aī maiorem fuſſe ſplendorem quam poſit humana mente comprehendēti, at niue ſplendorem, & oculis & mente comprehendimus. Non ego eſt hyperbole, quando niue comparatur. Forte Zwinglius quemadmodum apud poetas legerat, ſincera pectora. Et non calcatā candidiora niue, per hyperboleū dicta, ita in Christi maiestate etiam nihil maius ſufpicatus eſt. Nam in anxiis laboribus, quos perſidia eanſa ſubiit, Tiguri, Homerum, Ariſtolem, Demoſthenem, Platonem Thucydidem, Lucian. Theocritum, Hesiodum, Aristophanem, reliquosque perluſtravit, vt auctor eſt Oſwaldus Myconius, Epift. ad Agathum Beronensem. Lucae igitur & Marco credamus non eſſe hyperboleū, ſed fuſſe ita candida. *Vt fullo ſuper terram tam candida facere non poterit, niuem & quafque, imo & ſuperat.*

Non eſt hyperbole.

## QVÆSTIO I.

An Moſes & Elias verè, & cur adiuerſint?

§. 1. Trabus imagines adiuiſe. S. Thomas, Eliam vero, Moſen adiuitio corpore adiuiſe, amnis vtrumque. Et ante vtrumque Tertullianus, Moſen in imagine nondum recepta carnu, Eliam in veritate nondum defunctu appariſſe. Ceterique auctores vtrumque vere adiuiſe integre corpore animaque. Et Moſes quidem ante 1500. annos obierat. Elias autem ante 1100. raptus fuerat. Nunc Domino ſituntur, ut quod vaticinati erant de Christo, de illo praefutibus Apoſtolis diſſeruerint. Ne vero dubitari poſlet, venient cum magna maiestate & gloria.

§. 2. Cur illos ſuę gloria ſteſte adhibere voluerit, cur omnes Prophetas & Patriarchas vocare potuerit, nobis incertum eſt. Cauſe redi multæ poſſunt & paſſum traduntur. Moſes legem dederat, lex ad Chriftum ducebat, iam olim vaticinatus erat, prophetam venturum, eumque audiuiſſet, nunc piaſem eum Apoſtoliſ indicat. Eduxe: ar populum ex Agypto, gna & portenta fecerat, Deo facie ad faciem loquebatur, hominum mansuetissimus erat, typus itaq; Chrifti nobilissimus, praetertim cum Rempublicam Hebraeorum inſtitueret, ſicut Christus Christianorum. Non paucior ſrationes de Elia ex eius gemitis, zelo, tru adduci poſſent, de quibus variis Patres multa & piaſera ſcripſerunt.

§. 3. Noſtram fidem admirabiliter roborat, cum videmus a Prophetis non modo praedicta quæ credimus, ſed eos a Deo miffos, & ſuum vitæ reſtitutum, vi ſuum Domino obſequium exhibent, teſtimonium darent, Tertullian. lib. 4. contra Marcionem, cap. 21. Eliam vocat noui Testamenti consummatorem, ſed quia locus inſignis eſt, totum adiungam. Nam & hec maxime erubescere debuſit, quod illum cum Moſe & Helio ſeipſu manuis confici patet, quorum deſtructio aduerſat. Hoc ſilicet intelligi voluit, vox illa de cælo: Hic eſt Eliam noster dilectus, hunc audite: id eſt, non Moſen iam & Helian. Ergo ſufficiebat vox ſola ſine ostentatione Moſei & Helie. Diſtinguendo enim quem audiunt, quoſcumque alios vetusſe audiunt. Aut nunquid Eliam & Hierenum, ceteroſque quos non ostendit, permifit audiiri, ſi vetus quos ostendit? Nunc eſt Conſentia illorum fuit neſſaria, non vtique in colloquio oſſeruerunt, quod familiaritatis indicium eſt: nec in conſor- charitatis, quod dignationis & gratie exemplum eſt; ſed & in ſordibus aliquibus, quod deſtructio nis argumentum eſt, immo in tenebris creatorum quibus diſtenduntur etat missis, longe etiam diſcreti a claritate Chrifti, qui voces & literas ipsorum ab Evangelio ſuo erat ſeparaturus, ſi non alieno demonſtrat illos, dum ſecum habet, ſic reliquendos doceat, qui ſibi iungit, ſic deſtruit, quos de radio ſuam extruit. Quid faceret Chriftus iporum? Credo ſeundum perverſitatem, tales eos reuelaffer, quales Chriftus Marcion debuſit: aut quoſcumque alios ſecum, quam Prophetas ſuos, ſed quid tam Chriftus creatoris, quam ſecum oſtendere predicatoris ſuo? cum illa videri, quibus in reuelationibus erat viſus: cum illa legi, quieum fuerant locuti: cum eis gloriam ſuam communicare, a quibus Dominus gloria nuncupabatur: cum principaliſbus ſuis, quorum alter populi informator aliquando alter reformatio quondaque: alter initiator veteris Testamēnti, alter conſummatore noui.

§. 4. Venerantur ſerui ad Dominum, cum ipo familiariter agabant, tabernacula illis facere cogitabat Petrus, vi circa Chrifti tabernaculum habitantes illi teruirent.

§. 5. Loquentes cum Chrifto apparuuerunt, materia apud Lucam eſt, excessus quem complectetur erat in terrena.

## QVÆSTIO II.

An Chrifti diuinitatem viderint?

§. 1. Ita ſentient plerique veterum, & recentiorum. Et Prudentius

Illuſtre quiddam cernimus  
Quod neſciat finem pati  
Sublime, celfum, interminum  
Antiquius cælo, & chao.

Non viſa eſt. Hæc diuinitati ſoli conueniunt. Nec videtur de diuinitate. ſigno gloriae diuina ſatis explicari, quod enim addit.

Illic licebit viſere  
Signum perennis glorie.

Nam lux faciei, & candor vefimentorum, typus erat æterna gloria, non tamen quod neſciat finem pati, interminum, antiquius cælo & chao. Ve. um quicquid ſentient Prudentius, & non nulli viri ſane non indocti, communis ſententia vera eſt; nemine viuentem diuinaſiſtentiam inquam eſſe inquietum, qua de re in Exodo diſputauit.

## VERVS 3.

Et ecce apparuuerunt illis Moſes & Elias cum eo loquentes.

lom, id factum audientibus discipulis & Moesem Eli-  
amque cognoscentibus. Christus enim & Prophe-  
tae declararunt, qui nam essent. Apostoli orante Christo  
forte dormierunt, deinde gloria illa obstupefacti  
recruerunt & teriti. Communicatio scismis si-  
gnum est, inter eos magni amotis, consensu, & cuius-  
dam familiaritatis. Elias nihil scripsit, ceterorum fere  
magnorum prophetarum scripta de Christo testan-  
tur, ipsi suo more venientes praesenti, praesens loquitur,  
in cuius olim Dominio typus. ita & & & hoc est,  
familianter inter se colloquuntur, ut dixi.

9.6. Solida ratio videtur, vt veterem legem eius, quae praecones approbaret, ex quibus vntis fuit legislator ministerio, alter zelator insignis. Mosen & Eliam agitur praecipue produxit, vt viderent cum Moysi & Eliam optimè conuenire, nec sel. gen. soluere, vt quod legislatorum a mortuis excitatum tibi sisti iussiterit, & qui zelatum Eliae pro Dei gloria probaret. Vide alias causas, quas Chrys. adducit. Tertull. l. de Monogamia hoc adducit. cap. 8. vt secundas nuptias damnet, quia Spondoneum & Monogamum apparere voluit, sed erat, dum omnia ad opinionem hæreses sua firmandam detorqueret.

VERSUS 4.

Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum.

QVÆSTIO I.

Cur ad Tabernacula facienda Petrus se offert?

§. 1. **D**icitur gloria dominica abreptus, o-  
mnium rerum securus, & regni & socio-  
rum, maneret duntaxat animus est. **בְּרוּךְ** bonum, deco-  
rum palmarum est, nos manere, inquit. Ma-  
carius 9.6. Luc.  
6.13. necesse sit, quid loqueretur. Errare in gloria  
aliud est, tabernaculū opus era. Apud Marcum est,  
et faciamus; alia exemplaria **παντού** fa-  
ciamus. In Regis est, aliusque in **Ἰάνεις**, si vñ, quod alia  
omittit, legit tamen vetus interpres. & Si coniun-  
ctionem omittit, Syrus, **Εἴσιν** vñ. Dicetab autem ista,  
cum dicerent à Christo, cum ipse euigilasset. Ma-  
gnopere veritus tamen tanta pietate curbo, qui Chri-  
stus gloriam spectando fruebantur.

2. Calvini Petrus stulte accusat, quod stulte et  
quare Domino seruos Mosen & Eliam.  
Respondeo. Non hoc illi imponunt Evangelista, sed  
Iactra Tabernacula facere voluit; prima iusum Domini-  
no, duò d'inde seruus honoratur. Nec enim Centurio-  
nes Imperatori æquantur, et si illi quoque sua habeant  
tabernacula. Nec Eliam æquare Christo potuit, qui  
iamante Christum non Eliam sed filium Dei viuvi cor-  
feligos erat: eaq; confessione beatus est iudicatus. Et  
profecto ad suos siuorumque confusione hæc Calvini  
nisi pronuntias, si enim in confessione illa nobili-  
dem veram habuit verissimam, a celesti Patre reuelata-  
tam, nunc vero Mosen & Eliam Domino æquauit, si  
dem amisit. Nam homines Deo stulte æquare perfi-  
cilia est, blasphemia est. Vbi igitur fides Calviniano-  
rum indecelibus refidet, si in Apostolo defecit: Hoc quo-  
que, inquit, peruersum fuit, Mosen & Eliam collegas singere  
pote Dei: quasi non omnes in ordinem cogi necesse sit, & solus i-  
peminatus. Si hæc Petrus audisset, toto animo & cor-  
pore clamaret, non se collegas, sed seruos, amicos  
Christi, non collegas nouisse.

VERSUS

Adhuc eo loquente ecce nubes lucida  
obumbravit eos: Ecce vox de nu-  
be dicens: Hic est Filius meus di-  
lectus, in quo mihi bene complacui,  
ipsum audite.

## Q VÆSTIO I.

### Quod Testimonium Patris cœlestis?

**S. I.** **T**estimonium duotum prophetarum audierant, adiungitur testimonium eterni Patris. Cuius maiestatem dicitur: *nubes enim lucida obumbravit eos*, et in ea Moses & Elias recesserunt. Deus autem Mosi olim in nube apparuit, & Elias nube ignea, seu curiu igneo abreptus est. Ponit autem Deus *nubem aseensum suum qui ambulat super pennas ventorum*. Nube illis gloriae conspectum eripit, ut admoveat nondum capaces arcanorum Dei, adhuc longum & arum nonum superfecte vi et cursum, donec beatitudinis portum attinuant.

§. 2. *Filiu sum dilectum appellat, quemadmodum explicatum est c. 3. Interim obseruandum est, quan- Petri con- dam esse ob circumstaniam personatum inter Christi fessionem & Prophetas antithesis, non enim illi filii dilecti Deus pro- sed serui in domo patris familias fideles. Quin etiam bat. testimonio Patris laudatur Petri confessio quid dicerat. Tu es filius Dei vivi. Hoc Deus viuit propria voce coram testibus maximis Mose & Elia testatum voluit, ut cœ- lesti præconio constarer; Perum non ex carne & san- guine, sed Patris ecclesiæ revelatione locutum.*

§. 3. Caluinus. lib. 4. c. 8. §. 1. Christum ita vincum  
magistrum esse contendit, ut solus audiendus sit. atq; Christus se  
eo nosverbo ab omnium hominum doctrinis abducit. *lus audiendus*  
Respondeo. Audiendum ita Christum ut responsum duc

Respondeo. Audiendum ita Christum, ut tamen etiam eos audiamus, de quibus ipse dixit: *qui vos audit, me audit.* Nec audire duntaxat iuber, sed etiam audire. Quod si de verbis Christi, prophetatum, aut Apostolorum dubitatio incidat, aut controuersiam moueat in fideles, audiendi illi sunt, quos Ecclesia sua praepositos, & doctores constituit. alludit autem ad Deut.18.15.

S.4. Timuerunt autem intrantibus illis in nubem.  
Syrus: Timuerunt cum viderent Mosem & E[liam] iam qui  
intrabant in nubem, an Christus, Mozes, Elias intra-  
trint in nubem, an vero post discessum prophetarum quos audierat  
Christus & ipismet Apollon, an solus Moses & Elias, iubet Christi  
controversum est. Quidam putant Christum & Apo-  
stolum in nubibus videntem.

Itolos intraflammis in nubem post diluculum prophetarum. Ex Luca constat, cum discederet Moses & Elias Petrum dixisse. *Faciamus tria tabernacula, & huc ex loquente nubem obumbrasse eos.* Cum autem in nubem intarent illi *et nubes* valde timuisse, itaque Christus & Apostoli circumdati sunt nube, credo & Propheta, qui nondum longe abierant, eadem nube compresos, ideo post auditam vocem *Ecce omnis Iesum vidi* dicitur, iam enim cum nube euauerunt Moses & Elias, alioquin adhuc videri abeuntes potuissent. Causa autem timoris erat, quod se nube lucida & quasi ignea circumdatos viderent, ideo in facies contumunt, ut nihil videant, nec nisi tangente, & loquente Christo resurgent. maximè vero horruisse videntur vocem, quæ audita est, instar tonitrii, ut putat S. Ephrem: *Certe ad vocis sonum conformati videtur.*

S.5. Bullingerus *Perum omnium rerum terrenarum  
oblitum ait. Similem fore beatorum in cœlo statum. abstergi eum  
in lacrymis ab oculis eorum, nullus cura mortalibus aut  
mortaliis obtrubari. Hoc August.lib.de cura pro mor-  
tuis gerenda, c.13. docere.*

Respondet. Hic quædam vera, quædam falsa, quædam mendacia est. Verum est sanctos in celo nulla cura obturari, nulla enim vel minima tristitia nebulosa potest beatitudinis perfectæ serenitatem obducere, nulla violare. Falsum est non posse res nostras cognoscere, cum ipsi videre in Deo, Deus illis reuelare, venientes renunciari, Angelis ascendentibus & descendentes referre possent. Nec illa cognitio magis sanctis videtur, auctum quam Angelorum beatitudinem obturatur. Falsum est argumentum ex Petri facto esse validum, Petrus enim terribiliter erat, nesciebat quid loqueretur, Deum non videbat, stultus de Tabernaculo cogitat, & si Caluino credimus Moysen & Eliam Christo aequaliter. Horum nihil beatitudine electorum habet. Verum perfectionem, scientiam, visionem Dei, charitatem, benignitatem, qualiter in Angelis videmus & experimur. Denique de Augustino est mendacium impudens, docet ille mortuos non interessere rebus viuentium, Deinde nescire quid inter viuentes agatur, sic Abraham nesciit nos, & Iosiam mortuum non videt nisi gentis sua. Sed haec exponit, c. 14. Abraham enim Moysen & prophetas habet fratriculum populum cognovit, diutinem in delicia, Lazarum in extrema inopia rixisse. Sciebat igitur haec, que utique apud viuos, non apud mortuos gesta fuerant. Verum non cum agerentur in viuis, sed eis mortuis potuit Lazaro iudicante cognoscere, ne falsum sit, quod Propheteta ait, Abraham ne cunis vos. Tandem addit. c. 15. Proinde fatendum est, nescire quidem mortuos, quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt: non quidem omnia, sed quia finuntur indicare, quae finuntur etiam ista meminisse: & quibus haec indicant, oportet audire. Possunt & ab Angelis, qui rebus Mortui co- que aguntur hic pro festo, audire aliquid mortui, quod a numero quicunque illorum audire debet iudicat cui cuncta subiecta sunt. res viuorum. Nisi enim essent Angelii qui possent interesse, & viuorum & mortuorum locis, non dixisset Dominus Iesus, Contingit autem mori in opere illum, & ferri ab Angelis in sinum Abraham. Nunc ergo hic, nunciabit esse potuerunt, qui hinc illuc quem Deus valuit abfulerunt. Possunt etiam Spiritus mortuorum, aliqua que hic aguntur quae neffarium est eis nosse, & quae neffarium non est, eos non nosse, non solum præterita vel præsencia, verum etiam futura. Spiritus Dei reuelante cognoscere sicut non omnes homines, sed Propheteta dum hic viuerent cognoscabant, nec ipsi omnia, sed quia illi esse reuelanda Dei prouidientia iudicabant. Necho solum loco, sed alius quam plurimis sanctis esse curam de nobis, adeoque in eandis docet. In Iob. cap. 14. sermon. 17. de verbis Apostoli, de cura pro mortuis agenda, cap. 4. lib. 21. de ciuitate Dei. lib. 6. contra Donat. cap. 1. & sermon. 1. de S. Stephano. in Plat. 88, ait eos de nobis, si illos imitemur, gaudere & orare pro nobis. in Psalm. 85. omnes martyres interpellare pro nobis. Et sermon. 5. de sanctis, Eam fuisse confucetudinem ipse docet totius Ecclesiæ. lib. 20. contra Faustum, c. 21. Populus autem Christianus memorias Martyrum religiose solennitate concelebrat & ad excitandam imitationem & meritum eorum consocietur, atque orationibus adiutorum.

Orant pro nobis sanctis.

Cyprianus de mortalitate, turbam sanctorum de sua immortalitate securam ait, & adhuc de nostra sollicitate incoluntate. Sic Paulinus Nolanus. Non est cura hec noua sancta. Exorare Deum pro peccatoribus aegri. Et, in sancto Felice, Deus per quem bona dona.

Et medicas exerget opes terræ maris.

Omni namq. die festes funus vndig, crebrius.

Cæribus aut sanio gratiania reddere vota.

Aut agros varios potere ac ambire medelas.

Hæc sanctissimum ille Episcopus, & de sancto Felice, & consuetudine Ecclesiæ, que tum florebat. Omitto antiquas Liturgias, Irenæum lib. 5, cap. 19. Originem, alios. Cognoscere res nostras & curam nostri gerere, non instar Petri alio abreptos, etiam docuerunt ipsi haereticorum primates. Luth. de cœm præ-

ceptis. c. 5. & respons. ad Louaniens. Brentius, in cap. 16. Luca. Chythraeus, ad c. 25. Matth. Basilius Faber de statu defunctorum c. 7. Non dubito quin defunctionum animæ, parentum, fratum, sotorum, & propinquorum, quos hic reliquerunt recordentur, & Deum rogent, vt ipsos ex valle lachrymarum eripiatis & probat exemplo. Confirmat hanc Doctrinam exemplum diuitis. Luc. 16. Nam si damnata anima suorum recordatur, multo magis beata anima ita afficitur erga suos, parentes, liberos, fratres, sotores & propinquos. Cum enim sancti qui hac in vita versantur tæpe illa quæ inotissima sunt Dei ope videant, cur non possent hoc illi qui in celo sunt. Samuel. 1. Reg. 9. v. 19. Eliseus. 4. Reg. 5. v. 21. & c. 4. Reg. 6. v. 8. Ananias Acto. 5. 1. Antonius vt in vita eius habet Athanalius. Macarius. v. Palladius habet. cap. 19. Si xix. futurum Laurentius statim prædixit. Plena exemplis sunt omnia, non posse hoc Deus conferre beatis, quid tam multi in hac vita acceptunt. Nec impediunt obiectu molis, alicuius aut spaciis quo minus cognoscant. Ambrosius devidens. Ibi enim, inquit, sunt martyres, preludes nostri, patres vita actuorumque nostrorum, verisimile nec modonostorum, sed etiam damnatorum, quorum impena terrena tueruntur. Vere igitur Prudentius de laetitia lilia dixit.

illa Drista sub pedibus  
Prospexit hac populoque suis  
Carmine propitata fuit.

Et August. lib. 2. de ciuitate. cap. 29. pluribus prosequitur. Quare in ipsa est cogitatio Zwingli dum sanctorum gaudis in intelligentia, & charitatis aciem obtundit, & obturari fingit, quo minus alia recordentur, cum sint sicut Angelus Dei, qui & ante D. i. conjectum consistunt, & hominibus simul ministerant.

Si olim visuri sunt cum corpora habebunt etiam oculis clausi, cur non nunquam etiam eodem modo corpora enim animas cognitioni nihil conferunt, non quod madmodum nec Eliseus, idem puerum debatabilem, qui corporatus erat, sed quia Deus reuelaret.

§. 6. Caluino etiam visum est nubem siæ iconmachice opportunam. Corpus Dei & faciem, ait, manuideri, ne decepti similiem homini putemus: cum autem interposita nube nos vocem sua ad se mutet, quam absurdum est in manu logui, rel. i. ait de eius præsentiam velle ante oculos nostris. Hæc ille: sed non ignarus fraudum suum, interponit solutionem. Verum quidem, inquit. Vixit species limi sancti Patribus vixit esse, in quibus Deum agnoscere, semper tamen a symbolis abstinuisse, que fabri, andis idolatria, terram præferent. Hæc verba veritati Catholice testimoniunum exhibent. Varia species Patribus vixit sunt, quibus Deum agnoscere, falsum ergo est faciem eius non videri, seu faciem species, de hac enim loquitur. Ex nube loquitur, imagines igitur prohibet? Nervulus argumentum convertit: varia species Patribus vixit esse, non ergo semper de nube Deum sonare. Deinde fingi & pingi eas species posse. Cut enim antiquum dierum, Deut. 7. aut Dominum solio insidente, vt apud Isa. 6. deficerit, non pingam? Ipse eiusmodi picturam seu figuram prophetis videndas proponit, cur non imitetur penicillus pictoris quod reterit filius scribarum? Non dicimus præsentiam eius ante oculos nostros sisti per imagines, nec oculis Deum videti humanis; quem nec Daniel, nec Esaias, nec dilectus discipulus Iohannes in Apoc. vidit. Nubes autem Dominum suscepit ut ostenderet se quoque illum, & qui in viceri testamento in nube locutus fuerit. Deinde nihil opus esse tabernaculorum tegat, ita Theophylactus: aliique.

## VERVS 9.

Et *descendentibus illis de monte p̄cepit eis, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.*

## QVÆSTIO I.

*Cur veruit vulgarirem?*

§. 1. *V*ariæ disputationes futuræ erant ex euulgatione, & incommoda, quæ erit a Christi maluit. Ne Apostolis quidem dixisse confat ex Marco & Luca: causa verandi, quod incri: dibilis res, & plane insolita videretur. Deinde si post cruci affixum viderent, omnia illa viderentur illufotia. vt Chrysostomus Euthym. Theophylact. Primaria causa videtur, quod non viderentur tantæ rei actam mirabilis: idonei adhuc testes & præcones. Viderunt enim post resurrectionem non credimus illis, qui dixe: uirtus se Ch. istum vidisse. Quod si affirmarent dormitissimè se, deinde Lucem vidisse, Mossem, Eliamque conspexisse, post multas disputationes, & altercationes id futurum videretur, vt non credarent. Mossem enim resurrexisse, aut saltem animam adfuisse credere difficulter sanc poterant.

## VERVS 10. 11. 12. 13.

Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: *Quid ergo scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? At ille respondens, ait eis: Elias quidem venturus est; & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias iam venit & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quacunque voluerunt. Sic & ille Filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis.*

## QVÆSTIO I.

*An vere Elias sit venturus?*

§. 1. *I*n descensu montis à tribus discipulis est interrogatus: an Elias esset venturus? Versabantur illi in communī errore scribarum, Christum in gloriâ venturum, & regnaturum, arque immortalem omnino futurum, atque ita redditum vnicuique secundum opera sua, atque ante illum diem Eliam venturum, quod si fieret non videbant quomodo de excelsum in Ierusalem loquerentur. Iam viderant Eliam sperabantes manūrum: Phariseorum enim erat argumentum contra Christum, non esse Messiam, quod eum non præcessisset Elias. Hunc enim aduentum Christi & ultimum confundebant. Quia enim Elias subito discesserat, quem mansurum sperabant, de communī traditione inquirunt, quam etiam in Ecclesiastico scriptam habebant. Christus cum distinctione responderet, vt habet Abulensis. Errabant scribæ

quod venturum putabant ante primum aduentum Messiae, seu ante omnem aduentum illius, vñ cum enim solum imaginabantur, non errabant in eo, quod venturum dicebant. Christus igitur ait, venturum scilicet in propria persona, & veniente in Spiritu. Di cipuli itaque, vt habet Comment. Hieronym. Euthymius, mirantur, cur Elias non ante venerit, cur nunc similis appearat, & mox recedat. Non ea præstabat, quæ Scriptura promiserat, vt daret pœnitentiam gentibus, & conuerterent corda filiorum, &c.

§. 2. Christus responderet: Elias quidem venturus est, επέχει, Syrus Σὺντος Venit, addit autem prius, vt sentus sit; Elias prius veniens erit, vt omnia restituat. De futuro tempore loquitur. Itaque illa verba non possunt intelligi de Ioanne Baptista, qui iam non modo venerat, sed etiam obicitur. Deinde illud Σὺντος τὸν τόπον restitueret, non potest de præterito accipi. Elias igitur venturus erat. Conuertendo cor Patrum in filios. Et quamvis in Luca sit Σὺντος τὸν τόπον restituit, hoc ipsum tamen de futuro est intelligendum. Nec dici potest esse sensum; Elias venturus erat, & omnia restituturus. vt ipsi dicunt, sed iam venit. Nam explesse dicit, εἰδὼς, cum venerat, restituet. quod de futuro necessario dicendum est.

§. 3. Musculus occurrit: cur non dixit; *Se Eliam in persona missurum?* Respondeo. Eliam venturum dicit: Elias adfuerat, de illo ergo loquitur. De Ioanne etiam locutus est, latus erat dicere: Elias venit & venturus. Quod dixit Dominus, Elias quidem venturus est, & restituet omnia: id est: vel eos quos persecutio Antichristi perturbauerit, vel vt ipse restituat moriendo quæ debet.

§. 4. Obiiciunt: Discipuli Christum de Ioanne Baptista locutum intelligent, hoc enim Euangelista non modo recenset, verum etiam, veram fuisse sententiam res ipsa declarat. In Ioannem enim, non in Eliam sœuierunt.

Respondeo. Duplicem esse responsonem Domini. Primam de Eliam venture; alteram de Elias, qui iam venerat. Idcirco dicit επέχει, & Σὺντος τὸν τόπον, venit & restituet. Deinde de altero Σὺντος, venit, præterito tempore. Transiit ergo Elias, & occisus est, & tamen postea restituet omnia. Baptista non veniet, nec restituet quicquam, quia iam in Spiritu & virtute Eliæ pæcurforis munere functus est. August. Tract. in Euangelia, & lib. 20. de ciuit. c. 29, probat eum venturum. Cum autem admonuisset vt meminissent legis Moysi: quoniam præuidebat eos multo adhuc tempore non eam spiritualiter, sicut oportuerat accepti: os coniunctu subiecit: *Erecc ego mirtam vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magnus & illustris: qui conuertet cor Patri ad filium, & cor hominis ad proximum suum, ne forte reuiciens percutiam terram penitus.*

Per hunc Eliam magnum mirabilem, prophetam exposita sibi lege ultimo tempore ante iudicium. Iudeus in Christum rerum, id est, in Christum nostrum esse credituros cel. berrimum est in sermonibus cord. busq; fidelium. Ipse quippe ante aduentum iudicis Salvatoris non immorito speratur esse venturus: qui etiam nunc viuere non immorito creditur. Curru namq; igneo raptus est de rebus humanis, quod evidenter sancit Scriptura testatur. Cum veneret ergo exponendo legem spirituiter, quam nunc Iudei carnaliter sapient: conuertet cor Patri ad filium, id est, cor Patrum ad filios. Singularem quippe pronomero plurali interpretes sepiusq; a expoferunt. Et est sensus vt etiam filii sic intelligent legem, id est, Iudei, quemadmodum Patres eam intellexerunt, id est, prophetæ, in quibus erat & ipse Moses. Sic enim conuertetur cor Patrum ad filios, cum intelligentia Patrum perducatur ad intelligentiam filiorum: & cor filiorū ad Patres eorum, dum in id, quod senserunt illi, consentient & isti. vbi & Septuaginta dixerunt, & cor hominis ad proximum suum. Sunt enim inter se valde proximi Patres & filii.

Augustini sententia de Eliæ aduentu.

Quan-

Quoniam in verbis septuaginta interpretum, qui prophetice interpretari sunt, potest sensus alius idemque electio inueniri: ut intelligatur Helias cor Dei Patris conuersus ad filium: non viisque agendo, ut Pater diligit filium: Sed dolo-  
dendo quod Pater diligit filium: ut & Iudei, quem prius ode-  
runt, diligent eandem, qui noster est Christus. Iudei enim  
nunc auersum cor habet Deus a Christo nostro: quia non putant eum Deum esse, neque Dei filium. Eius ergo tunc cor ei-  
us conueretur ad filium, cum ipse conuerso corde diciderint  
dilectionem patris in filium. Quod vero sequitur: Et cor ho-  
minum ad proximum suum, id est, conueretur Helias cor homi-  
ni ad proximum suum: quid melius intelligitur, quam cor  
hominis ad hominem Christum? Cum enim sit in forma Dei  
Deus noster: formam serui accipiens, esse dignatus est etiam prox-  
imus noster. Hoc ergo faciet Helias. Ne forte inquit veniam,  
& percutiam terram penitus. Terra enim sunt, qui terrena  
sapient: Sic ut Iudei carnales usque nunc: ex quo vicio contra  
Deum murmur illa venerunt: quia mali ei placent, & ya-  
nu est qui seruit Deo.

Impudens ergo est Calvinus & male dica calumnia, cum ob Eliam, aduentum a nobis exspectatum, Catholicos accusat; cum enim Christi tempore hanc sententiam in Ecclesiâ Iudaica fuisse dixisset, adiungit eodem modo, diabolum fascinare Papistas. Ut non exspectent iudicium diem, nisi cum apparuerint Enoch & Elias. Quos autem conuicti ex Augustino non constat, ipsum nempe Augustinum, & Christi fideles, quorum in sermonibus & cordibus hoc celebratum esse restatur Augustinus. Vide Suarez. 3. P. T. 2. disp. 55. Petri in Daniel: Viegamin Apocalyp. 11. & Riberam. Mendozam in quodlib. Bellar. de Elia & Enoch.

Chrysostomus non suam modo sententiam. Sed Scripturarum & Ecclesiæ proponit verbis clarissimis, ut dubitari non liceat, quid de Elia Ecclesiâ clime crediderit. *Dinina namque Scripturæ duos aduentus Christi testantur, quorum alter iam factus est, alter vero futurus est: quos significavit Paulus, dicens: Apparuit gratia Dei salutifera omnibus hominibus: erudiens nos, ut ab negligentes impietatem, & seculares cupiditates, modeste, ac pie vivamus. Ecce de primo aduentu, audies nunc modo & alterum significans subiunxit: Exspectantes beatam spem & aduentum magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi. Sed Propheta quoque utriusque mentionem faciunt, & secundi, cui precursorum Eliam afferunt futurum: primi enim Ioannes fuit precursor, quem etiam Heliam Christus appellabat, non quia Helias erat, sed quoniam ministerium Helia faciebat: Nam sicut ille secundi aduentus precursor erit, sic primi fuit Ioannes. Sed scribiat & confundentes, & populum peruerentes secundi aduentum solummodo recordabantur, & dicebant ad plebem: Si Christus hic erit, Helias venisse: quapropter discipuli quoque dicunt, quare igitur scriba Heliam oportere prisa venire afferunt: Hac de causa Pharisei miserunt ad Ioannem, ac interrogabant, Helias ne es tu? nullam priori aduentus mentionem facientes: quam solutionem attulit Christus quia scilicet Helias quidem tunc veniet, scilicet ante secundum meum aduentum, & nunc iam Helias venit, ipsum Ioannem ita vocans. Si vero Thesbiten queritis, veniet: ideo dicebat. Helias quidem veniet, & restituet omnia. Quoniam omnia? Quacunque Malachias Propheta dicebas. Mittam enim vobis Heliam Thesbiten, ait, qui restituet cor Patris ad filium, ne venient percutiam terram penitus. Vides exactam diligentiam prophetica predicationis: Nam quoniam propter ministerij similitudinem Ioannes quoque poterat Helias nominari, ne confusio fiat, patrem adscripsit, Heliam Thesbiten vocans. Ioannes enim non erat Thesbites. Aliud etiam signum addit: dicens: ne percutiam terram penitus: Secundum atque terribilem illum aduentum figurans: non enim ad feriendam terram primo venit. Non veni ait, ut mundum iudicem, sed ut saluem. Quodixit*

ut expreſſe significaret ante illum aduentum, quo iudicium ex-  
eretur, Thesbitem esse venturum: causam quoque cur venturum  
sit, docuit. Quoniam vero causa est: Ut Iudei credere in Christum  
persuadeat, ne omnes illo aduentente penitus perdiatur:  
quam rem ipse in memoriam reducens inquit: Et restitutio-  
mnia, incredulitatem videlicet Iudeorum, qui tunc erunt  
fiduci ad fidem conuertit. Exquisitissime autem dicit  
est, qui restituet, non sili cor ad Patrem, sed Patrem ad filium.  
Iudeorum enim filii Apostoliterant, ad quorum dogmata pati-  
ra Parrum, id est, Iudeorum generis mentem conuertit. De  
diuersis loqui Prophetis Chrysostom. ostendit. Ut  
turberis, neque in sermone illum esse errorem putes, si modo  
quidem venturum esse; modo vero iam venisse dixit: am-  
enit hec vera sunt. Quando enim dicit: Helias quidem re-  
nit & restituit omnia: ipsum Heliam dixit, & eamque  
tunc futura est Iudeorum conuersionem. Quoniam vero dicit:  
ipse est qui venturus erat, ipsum Ioannem propter ministerij  
similitudinem Heliam vocabat.

Et hac scriptura nixa traditio, cui testimoniū omi-  
nes Patres peribunt. Vtrumque enim vivere vi-  
tati certum est. Paulus ad Hebr. 11. Trans. atque  
Enoch ne videret mortem. Elias eodem modo ra-  
ptus est, nec dum mortuus, moriturus tamen contigit,  
sed ad magnum al quod opus diuinā prouidentia  
conferuari. Ut est Eccl. 4. 8. 9. Vbi cum dicitur So-  
pus in iudicio temporum, leire acundiam Domini; con-  
siliare cor Patri, ad filium, & restituere tribus Iacob. Hec de  
eodem Eliā dicuntur, qui raptus est, non de alio. Co-  
nati sunt hæc euertere Iudei, nam Abeneth illud Ge-  
nes. 5. Translatus est, de morte interpretatur, con-  
ceptam olim sententiam Synagogæ; contra Philonen.  
lib. de vita sapient. Hæc quidem manis in Ecclesiâ  
Catholica Scripturarum interpretatio. Nam & Iren-  
lib. i. c. 5. & l. 4. c. 30. & Hieron. aduert. Pelag. lib. 3. na-  
scentiunt. Et Tertullianus de anima, c. 5. Translatus ex Eccl. 5.  
& Elias nec mors eorum reperta est, dilata scilicet. Ceterum  
mortuuri reseruantur, ut Antichristum sanguine suo extin-  
guant. Et c. 35. Helias non ex discessione vita, sed ex transla-  
tione venturus est, nec corpori restituendus de quo non est excep-  
tus, sed mundo reddendus, de quo est translatus, non est possi-  
mio vita, sed ex supplemento prophetie, idem ipse & suu-  
minis, & sui hominis. Vide & Hieron. Epist. 14. ad Mac-  
cell. Interim amplectimur testimonium Calvini, qui  
hanc sententiam Papistarum asseuerat: vi omnibus  
sit manifestum, quantos viros, & quam Ecclesiam Pa-  
pistarum in considerate agnoscat, omnem nempe  
Apostolis usque antiquitatem.

S. 5. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem. c. 21.  
Petri nouam prophetiam esse putat. Igitur & Petrus merito  
tabernum Christi sui agnoscens indubitate eius suggestum  
suum: Bonum est nos hic esse, bonum plane, rbi Moysi scilicet  
& Helias. Et faciamus hic tria tabernacula: Unum tibi, &  
Moysi vnum, & Heliam vnum. Sed nec siens quid diceret. Qua-  
modo nec siens? Vtrumne simplici errore an ratione quam di-  
fundimus. In causa nouæ Prophætæ gratia, Ecclastia, id est, a-  
mentiam conuerte? In Spiritu enim homo confitutus, præ-  
fertim quam gloriam Dei confitit, vel quum per ipsum do-  
loquitur, necesse est excidat sensu, obumbratus soluit virtus  
diuina, de quo inter nos, & Psychicos quæstio est. Interim  
scilicet est amentiam Petri probare. Quomodo enim Moysi &  
Helias cognosset nisi in Spiritu? Nec enim imagines eorum  
vel statua populus habuisset, & similitudines, lege prohibente  
nisi quia in Spiritu viderat: & ita quod dixisset in Spiritu, non  
in sensu constitutus, scire non poterat. Hoc ille ad confi-  
mandas Montani nouas prophetias: Cataphryges  
nim in lanire, bacchari & gentilium mote carbari  
solebant, cum suas prophetias  
proferrent.

VERSUS L. 14. 15.

Et cum venisset ad turbam, accessit  
ad eam homo genibus prouolutus  
ante eum, dicens: Domine misere-  
refilio meo, quia lunaticus est, &  
male patitur: nam saepe cadit in i-  
gnem, & crebro in aquam. Et ob-  
tuli eum discipulis tuis, & non po-  
tuerunt curare eum.

QVÆSTIO I.

## Quis Lunaticus?

§. I. **P**ater affliti filii accedit Christum *ζωντες*,  
ingenua prouolutus, ut *Syrus* habet, *super genua*,  
nam quod *Beza* ait esse illud *κυριεσθεντος*, non aduer-  
tit. *Latinos* dicere solere, prouolu*i* in genua, etiam-  
si id fiat, sine villa omnino volutatione solum procidi-  
endo. Sic dicitur de *Pindaro*. *Verba deuoluit*. Dicere  
volutum *Euan gelista*, parentem in genua procidisse, ge-  
nibusque volutum, nec continuo surrexisse.

§.2. Lunaticum vocat Græc στληνιάζεται, agitur pro lunatis sive in fluxu, Syriæ dicitur בָּרְאָמָר quod non nisi hoc loco inuenitur, & Matth. 5, verfu penultimo. Dicuntur autem lunatici, qui ad Lunæ periodos morbis corripiuntur melancholicis, insania, & sub eius defectum morbo Herculeo. Nam ad mutationem humores valde immurantur. Reete igitur Origen. Medicos reprehendit, qui omnia illa humoribus attribuerunt. Verum de Lunaticis, Atrabilariis, & etimodo morbis alibi etiam. Qui caduco morbo laborant, videntur aliquid interdum pati, quod dampnosalitatem tribuendum potius, quam passioni videatur, obseruat Ianuenius. Verum id rarum est.

§. Lunatum ergo esse ait, & Dæmoniacum: utrumque fieri potest, vt & eo morbo correptus fuerit, & infernus a dæmons vexatus. Hoc enim fieri facile potest utrum bumbum ipsum dæmon exasperat. Hieronymus arbitratitur, secundum tempora Luna magis dæmonem faciunt, vt creaturam Dei infamant, ac deinde in ipsum autem Deum blasphemiam deriueret. Vide locum Matth. 4. Inepte prorsus Zwingleius dæmonius vocat, die Zeufflung quasi demonitatem dicat, non tam per actionem, sed personale partim, die beßchwärðs dieß die der arm Mensch hat, nam dæmonium pro omnibus male accipit potest, quod nobis aduersatur. Quæ inter pretatio falsa est, omnes enim circumstantia ostendunt, de dæmonio seu dominato Angelo sermonem esse. Nec inquit in sacris literis dæmonium aliter accipitur. Crudelitas dæmonis est effetu apparere, nam coniicit in ignem & aquam. Fortem tamen illum dominatum crudeliter, mero imperio Dominus eiecit; nam iniquus auctor incepit & cedere coactus est.

VERSUS 16.17.

Respondens autem Iesus, ait: O generatio incredula, et peruersa, quousque ero vobis cum? usq; quo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpanuit illum Iesus, et

exiit ab eo daemonium, & curatus  
est puer ex illa hora.

QVÆSTIO I.

*Cur discipuli non posuerunt sanare Lutaticum?*

¶. i. C auſam Christus reddit: incredulitatem  
eorum. Marc. 9. 14. multo plura recenſen-  
tur, & discipulorum cum Phariseis diſputatio. Sine  
dubio exprobavit, quod dæmonem eiēcere non poſ-  
ſent. Generationem ~~am~~ <sup>in</sup> incredulam, non creden-  
tem vocat, Syrus, & peruerſam, diſtortā, ~~despiciens~~ <sup>huius</sup> similitudinem à lignis incurvis, aut etiam oculis ſum-  
ptu cum à recto deſſectunt. An Patri adolescentis, an  
Iudeis dicat: an vero discipulis? controuerſit.  
Marc. 9. v. 19. habetur, Quis r e p o n d e n s e s i d e t, Patri &  
Iudeis circumſtantibus; nam in Græco & Syro eſt  
ſingularis ~~ad~~ ipſi. Sic Hila. Chryſ. Hieron. Beda. D. Incredul  
Thom. Patrem non crediſſe conſtar, cum dicat. Si Iudei.  
quid potes adiuua nos. Et tandem credit, & rogar. Ut ad-  
iuuat incredulitatem ſuam. Origenes ad diſcipulos re-  
fert: Et certe Domini eos incredulitati arguit. Ex  
Marcō tamen conſtar ſcribas redargui, veriſ. 16. Et in-  
terrogauit ſcribas. Quid diſputatiſſi inter eos? Et r e p o n d e n s  
e t u r a, &c. Cum etiā iſito conatu diſcipuli dæ-  
monem eſſe in aggrefi, malitioſe & peruerſe inſulta-  
bant, quali exinanita Chriſti virtute, præteriorum  
contempores, peruerſus animus de aliena calamitatem  
potius gaudere, quam de ſuccetu ſanationis:  
quaſi malitia planè intoleabilis Christo viſa eſt. Ipsi  
quoque Chriſti interrogatione perculsi conſiceſſunt.  
Patrem miſerabilis filii dolor exclamare cogit. Sie  
Hieronimus, Chyſostomus, Hilarius, Theophy-  
laetus.

VERSUS 19.

Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis monti huic Transi hinc illuc & transibit, & nihil impossibile erit vobis.

QVÆSTIO I.

Quæ fides sicut granum sinapis?

¶. 1. **N**on erant discipuli ita infideles, ut fidem o-  
mnino amiserint. Nam quod 19 versu-  
dit, *si esset in vobis fides in* *star grani* *sinapis* *non* *pronuntiat*  
*nullam esse*, *sed non efficacem*. In grano enim  
sinapeos duo consideranda sunt, partitiva, & efficacia,  
viresque, utraque ex proprietate comparationes de-  
duci solent. *Vituperat* est enim ob diuersos effectus  
easdem res ad varias interdum etiam contrarias simi-  
litudines adhibere. Leo ob fortitudinem dicitur tri-  
bus luda, & Christus, propter rapacitatem autem & *res ex vna*  
*crudelitatem*, etiam tyranni Leones appellantur ut *contrarie*,  
cum dicitur educasse mater vnum de leunculus, & ef-  
fectus esse Leo, didicisse prelata capere, & hominibus vorare,  
sic fermentum quod mulier miscuit in farinæ satis  
tribus, significat Euangelium, Pharisæorum fer-  
mentum est Hypocritus, & falsa doctrina. Hunc in mo-  
dum, cum sit sinapeos magna vis & ardens, tam  
potest ad similitudinem trahi efficacitas illa, quam  
barbaras.

paruitas. Itaque sensus verborum Christi est. Ideo e-  
licere dæmonem non potestis, quia deest vobis fides  
magna, efficax, æstuosa, quæ tanto pat sit miraculo, ea  
si adesse: adesse autem debuit, postquam & tot mea  
Fides parua viditius miracula, & ipsi fecisti. Nunc cum mis-  
eritatem non est effi-  
cax.

rum adolescentem videis, quem à puer pessimum

dæmon posse dedit, fides vestra elanguit, cum porius in-

stat granum sinapeos quod fricu inardeat, & vim exer-

it, lese animare, & contra difficultates insurgere o-

porteret. Fides ergo, ut granum sinapeos est firma per

spem & charitatem operatrix, non timida, non lan-

guida, sed excitata, animosa, rem arduam aggre-

dientis.

§. 2. Talem requiri fidem in Apostolis in confes-  
so est. In Christum sanè credebat, & ante dies o & to  
præeuntis Petri confessionem consensu approbarant:  
Non igitur infideles erant. Nec hoc vlo modo dice-  
re Caluinistæ possunt, cum doceant, fidem semel ac-  
ceptam nunquam amitti. A vero autem penitus a-  
lium est, nullam Apostolos fidem habuisse ne mi-

nimam quidem, quale est granum sinapeos.

Incredulitas igitur est fides imperfecta, quæ ad montes

transferendos non satis virum habet. Paulus sanè ad

montium translationem, non exiguum, sed ingentem

fidem requirit: Et si habeam omnem fidem, ita ut montes

desisti mon-  
tibus trans-  
ferendis ne-  
cessaria est:

Omnis igitur fides, hoc est, perfecta, ne-

cessaria est: non sufficit exigua; non igitur Christus

in paruitate grani sed efficacia similitudinem consti-

tuit. Cur enim si de solâ paruitate sermo est, vteretur

potius exemplo grani sinapis, quam arenæ, festucæ,

aut aliarum terreni. Si autem vires magnas in angu-

sta mole, & latenter præstantiam demonstrare volu-  
luit, aptissimam similitudinem vsuperauit. Exigua

res est, ne pulchra quidem, sed abiecta, granum sinapeos:

at vires ingentes tam paruo corporeulo continet.

De sinapi actum est à me, cum explicarem quo-

modo fiat arbor. Fides credentium in oculis homi-

num abiecta est, iactantia fugax, nimis simplicitatis

contemptum trahit, stultitiae opprobrio grauatur,

sed tamen fortis est, adeoque potens, ut nihil illis sit

impossibile.

§. 3. Qui paruitatis comparationem esse interpre-

tantur, triplici ratione mouentur. Nam & grani

am comparationem vistitam aiunt, deinde hoc re-  
quirere montis antithesin volunt, denique ni-

hil mirum esse, si magna fide mons loco moueatur,

si vero parua id fide fiat, id vero esse admirabile.

Respondeo. Iam ante ostendi, rerum vnde simi-

litudines capiuntur, non vnam esse affectionem,

paruitas, & quæ proposito seruat, vbi serpens nunc pruden-  
tiores consi-  
deranda.

vires consi-  
deranda. Granum sinapis quidem propter exiguitatem vsuperat

CHRISTVS, sed tamen si rem spectemus etiam

vires eius perpendit. Cum enim regnum celorum

esse grano sinapis simile pronunciat, duabus ex re-

bus comparationem sumit, paruitate & efficacia. Nam minimum est omnibus seminibus, & tamen

ita crescit, ut fiat maius omnibus oleribus, & fit ar-

bor; ita regnum celorum initio minimum fuit, sed

virtute sua crevit, ut omnia regna superaret. Hoc

exemplo iam etiam de fide loquendum est. Si ha-

beretis fidem sicut granum sinapis, quæ à tenui prin-

cipio orta, celeriter suo calore excreceret, & in ar-

borem roboraretur, non illa cederet difficultatibus.

Sed continuo augeretur & diuina virtute firmata

montes transferret. Iam vero quod ad antithesin

pertinet, non consistit in eo, quod parua fides ma-

gnam molem transferat, sed quod fortis & magna

præstet ingentia. Nam Paulus magnam fidem ad

Magna fi-  
des magna  
præstet.

montium translationem requirit. Quin & hoc ad-  
mirabile est, paruam fidem magna celeritate cres-  
ce, ut montem transferat, quemadmodum granum  
sinapis in arborem crescit, ut volutes habent in ra-  
mis eius.

§. 4. Fidem miraculorum nonnulli autem esse do-  
num gratis datum, & ad voluntatem pertinere, si-  
ue spem firmam esse, alii vero sentiunt esse fidem Ca-  
tholicam, seu certitudinem quandam illius pecu-  
liarem ex qua miracula oriuntur. Mihi certum est,  
fidem, quæ ad miracula pertinet, ad intellectum leu-  
iudicium pertinere, licet ex ea Spes oriatur. Scri-  
ptura enim fidem credendo definit, & obiectum fa-  
cit veritatem à Deo reuelatam: quod etiam hoco-  
co cernitur. Iudæorum enim & patris, cuius filius  
rat lunaticus, incredulitas seu *dōsia*, in eo verba-  
batur, quæ existimarent Apostolos non posse, ne:  
CHRISTVM sanare dæmoniacum, aut sane du-  
bitabant. Si quid potes adiuua: & hæsitationem fat-  
etur, cum flens dicit, *adiuua incredulitatem miam*: in  
eo conuenient interpres, atque adeo non differ-  
unt Caluinus, & heretici: De Apostolorum in-  
credulitate maior est difficultas: Non enim de Chi-  
sti potentia dubitabant, multò minus iudicarunt  
se eum miraculi impotentem. Hinc alii fidem eorū  
imperfectam fuisse iudicarunt, alii alio in de-  
fectu incredulitatem constituerunt. De Apo-  
stolorum incredulitate etiam statuo, non fuisse illam in  
voluntate, ideoque nec fidem, qua miracula fac-  
tent, in eadem potentia. Si enim in voluntate est  
fiducia, opponeretur & esset miraculi futuri des-  
ratio, aut sane Spes infirma, quæ miraculo non fu-  
ficeret. Si miraculum omnino desperabant, iam  
ergo præcesserat iudicium, non esse futurum. Quod  
enim iudicio fieri posse moraliter, & crebro exper-  
sum, non despero futurum.

§. 5. Non agitur itaque hic de fide miraculorum,  
qua diuera sit ab ea fide, quæ Catholica est, aut  
per quam fideles, & Christiani sumus, Parentem  
enim adolescentis pariter Christus reprehendit, &  
Iudæos, quod incredulus sit, nimis ea fide re-  
reat, qua Centurio, Chananaæ, cæterique bene-  
ficiis impetrarunt. At vero nec ille reprehendime-  
ruit, quod fide miraculorum careret, nec illi quod  
eam haberent laudati sunt. Bonum enim illud est  
quod ex solo Dei nutu, non consensu voluntatis  
humanæ depender, ut dona linguarum, sanitatum,  
aliaque ob quæ non laudantur, qui habent, nevi-  
terupantur, qui carent; immo quæ sæpè impis in a-  
liorum gratiam conferuntur. Miracula enim à vi-  
uentibus facta non semper signa vitæ sunt innocua,  
sed diuinæ potentiae testimonia.

Caluinus de fide speciali agi putat, & eam Apo-  
stolos sua ignavia suffocasse. Additamen: Sed quid  
de particulari fide pro circumstantia differit Christus, ab  
communem totius Ecclesie fidem extenditur. Qua ex re  
duo contrâ Caluinianos porismata deduco. Nempe  
si quis communem totius Ecclesie fidem habeat, ut  
granum sinapis, cum montes posse transferre, nec  
esse separatam fidem miraculorum. Alterum ex  
Caluinii opinione Apostolorum communem totius  
Ecclesie fidem ignavia sua suffocasse, quod enim de  
speciali fide dicitur, ad communem extendendum.  
Fidem ergo perdidere, ac proinde iustiam, que  
sine fide nulla esse potest. Quandoquidem autem  
multi de fide miraculi varie disputant, præcipue ex  
hoc loco, ut ostendant, quod Apostolion fieri posse  
infideles, & quomodo fides ut granum Sinapis ad  
montes transferendos valeat, mihi breuiter respon-  
sanda est.

§. 6. Fides

6. Fides igitur, qua miracula sunt, non est  
confidencia, seu fiducia, aut spes, quamvis spe sit  
opus ad facienda miracula. Rationes aliquas iam  
attulit, & aliae supersunt. Paulus Apostolus. 1. Cor.  
12. Fidem qua montes transferuntur, distinguit à  
spe & charitate. Pari modo Hebr. 11. Fides definit  
ut, quoad intellectum pertinet; & à tamen mi  
racula facta esse Paulus dicit. Imperiti porro sunt,  
qui confidentiam constituant fidem miraculorum.  
Sicut certa & infallibilis voluntate speret, aut con  
fidat, iam fore miraculum à Deo patrandum, vel  
præcessit iudicium certum & immutabile, quo iudi  
caud futurum, vel absque eo iudicio spei relictu  
do consistit. Hoc secundum fieri non potest, non  
enim fiducia est certissimæ adhæsionis, nisi funda  
mentum æque sit certum. Quis certissima confidat  
voluntate, li intellectus dubitet? Si rectum iudi  
cium antecedit seu adest, ille vel est reuelatione,  
vel naturali evidentia, vel singulari supernaturali  
impulsi. Si ex reuelatione iam fides est, ideo non  
propria spes. Si enim fide credit iam miraculum fa  
torum, non sperat; quemadmodum Deum credo  
omnipotentem, non spero. Si non est reuelatio,  
non est fides, itaque nec spes quæ ex fide non oritur;  
fides miraculorum vocari debet. Cum enim fidem  
voxem, quod nec fides est, nec ex fide oritur est?  
Quod nonnulli fiduciam ex bona conscientia ortā  
int̄ pretantur, id quoque non potest dici. Nam illa  
fides non est, cum verbo Dei non nitatur.

§. 7. Fides miraculorum non est particularis illa, qua Deus alicui reuelet miraculum futurum. Cum enim Deus Moysi reuelaret futurum, ut virginem in draconem vertetur, multaque signa coram Pharaone faceret, fides, qua ista futura credidit, Catholica fides erat, qua omnibus a Deo reuelatis credebat. Multi autem miracula faciunt, quibus eiulmodi reuelatio antea nequaquam facta est. Quantum autem ad miracula facienda est fides illa necessaria, non tamen est separata fides, aut distincta ab illa, quam fidem Theologicam nominamus.

§. 8. Ne illa quidem fides specialis est, & ad miracula pertinens, qua credimus Deum facturum miracula, positis conditionibus, sub quibus id proficit. Hoc enim est non minus vi tuis Theologica, quam credere Deum veracem esse, & in promissis stabilem.

§. 9. Fides miraculorum non est iudicium particularē, quo quispiam iudicet, absque singulatim reuelatione, Deum p̄senti rerum statu miracula facturum. Exemplo rem declaro. Absit Christus, adiunq; Pharisei, protrahitur lunaticus, si dei opus est ad dæmonium ejiciendū: Fides qua ejiciendus est, non est iudicium seu asperitus huius propositionis. Deus hoc loco & tempore per vos dæmonem ejicet. Fides enim sive in intellectu, sive in voluntate collocetur, niti debet reuelatione dimissa, ab ore Dei pendet. Cum enim certitudi sit, nec ex rebus naturalibus haberi possit, necesse est ut à Deo eam sortiatur. Itaque neque hæretici fidem illam appellant, nec qua contra illam indicia sunt, possunt infidelitatis nomine accusari: cum valde in certum sit, quando, quomodo & vbi Deus velit miracula operari.

5. 10. Quod si ab*sq*ue reuelatione Deus animum ita occulto motu inclinet, ut omnino sibi perindeat, iam futurum miraculum, ut iudicium hoc simet; iam futurum miraculum, nec contrarium a*ct*eris possit, ita & ad*act*um. Et specificationem a*ct*us a Deo determinet, erit quidem hoc bonum, *Adami Conzen*, in *Enan. Tom. I.*

& gratia, certoque miraculum consequetur, non tam  
hoc iudicium fides est, quia caret formalis ra-  
tione fidei, qua est reuelatio. Hic autem actualis  
auxilium & motionem. Sine reuelatione, assensum  
fidei operari negamus. Nec Apostoli reprehendunt  
tur, quod tale auxilium non accepissent a Deo. De-  
nique nolo, hac in re fidem, aut infidelitatem vo-  
cari eam, qua non habet pro obiectione rem reuelata-  
tam, si enim reuelatio accedit, iam ad fidem qua est  
virtus Theologica pertinet.

§. ii. Apolotorum magis in credulitas in eo cernebatur, quod cum dæmoniacum cernerent, se etiam potestatem accepisse ejiciendi cognoscerent, fidem tamen actualem non excitarent, non considerarent Christi promissionem & potentiam, sed torperent, & quia non credebant actu, ideo vocatur incredulitas, quod tali occasione peccatum est , cum Dei honor ageretur, & hominis salus miseri, cum opus esset omni modo conniti, non excitarent in fidem, hoc est factus eius heroicus, ora ent etiam, & ieiunarent. Ideo fides non erat, ut granum simapis, vim enim & actiuitatem non exercebat, habitus manebat, nullum fidei articulum negabant, sed cum fides esset alioqui adhuc dubibilis, vera tamen , non poterat ad miraculum faciendum inualescere. Incredulitas ergo fuit causa, non esse dæmonis, sicut orationis & ieiunij neglectus: Non actio contraria fidei, sicut nec actio contraria orationi, vel ieiunio. Non enim vel Deum blasphemabant, vel luxui vacabant.

§. 12. Vnde fidei tanta relaxatio fuerit, non potest nobis constare. Non est facta sola Christi absentia; missi enim ad praedicandum signa faciebant absente Domino. Qui inuidiam in causa esse existimant, quod solos tres secum Christus in montem adduxerit. Suspicio sunt, ut Lyranus, nesciebant enim quantum illi mysterio sum participes facti fuerint. Alij dæmonis proterua, scribarum disputatione, ut insultatione, fractos arbitrantur, quod probabile est, quamvis teponem aliquem praecessisse non dubium; alioqui deieci non fuissent. Ardor igitur fidei elanguit, orationem & ieiunium aduersus tam ferocem dæmonem non adhibuerunt. Hæc tamen omnia in gloriam Christi cesserunt, dum verbo & mero imperio dæmonem ejicit, Iudeos redarguit, Apostolos ad fidem, orationem, ieiunium incitat, ad modestiam reuocat, omnemque glorandi occasionem praecidit. Hæc tamen integrum cauam non conficiunt, miracula enim, faciunt sepe homines improbi, quemadmodum linguis loquuntur, qui tamen fidem, charitatem iuuent non habuerunt.

§. 13. Cum tamē miracula improbi faciunt, vel etiam infideles, alia ratio esse videtur. Nam fideles & impij interdum miracula faciunt, magna vim & insignes actus elicunt, atque ita Deo concurrente miracula edunt. Cum infidelium opera in miraculis Deus vtitur, id solum facit, vt gloriam suam manifestet, & atheisnum è medio tollat. Sic quodam permisit in nomine Christi demona ejercere, qui Christum tamē non sequebantur. De fide igitur communi agitur, *quam torpor*, vt ait S. Hilarius, relaxant, non imminuto habitu, sed ex occasione, a cibis suppressis. Calvinus ait partem credidisse, partem non credidisse: quod si ita intelligat, quasdam propositiones fidei credidisse, alias falsas putasse, seu de illis dubitasse, fallitur. Qui de uno fidei obiecto dubitat fidem amisit. Zwingius vacillantes fuisse dicit, & desperantes de salute hominis. Illa tamē desperatio contra fidem non fuit, non erat enim

contrarium reuelatum, temeraria tamen fuit, & valde culpabilis, si fuit exorta extempore, quod fidem suam non excitarent.

§. 14. Atque hinc redditur facilis ratio, cur si fides miraculorum sit fides Catholica, non omnes fideles ejiciant demones? Ita Aragonius 2. q. 1. & Abulensis. Non enim omnes fidem habent adeo excitatam, aut illos actus producent, quibus miracula sunt, oportet enim fidem esse, ut granum simapis. Hinc sit, ut etiam qui fidem illam habent, aliquando ex ea miracula faciant, aliquando nequam ut iam apparet in Apostolis. Nam etsi hoc demum Apostoli ejicere non potuerunt, non tamen ideo fidem miraculorum semel datam amiserunt, alia enim ejicere poterant, verum hoc genus non ejiciebatur, nisi per orationem & ieunium. Augustinus item decidit Serm. de verbis Domini. serm. 36. Et Chrysostomus. Ex imperfectione Apostolis accidit, ut maiore infirmitate languerent. Et Hilar. can. 17. interpretatur. Marci. 11. 23. obiectum fidei scribi videtur. Verum iam antecessit. *Habete fidem Dei, vel ut alij, credite Deo.* Hoc est quod promisit. Nam si non promisit, non erit causa credendi, aut sane loquitur de illis, quae fide petuntur vera, hoc est, quae ira pertinunt, ut iudicet quispiam, se accepturum, si conditiones adiut omnes, quibus positus Deus datutus sit. Tuber credere, futurum ut accipiant quidquid petierint, multi tamen non accipiunt; quia subest causa non dandi, vel quia melius aliquid dare constituit, vel quia quod petitur, melius negatur.

## QVÆSTI O. II.

*An nihil impossibile sit fidei?*

§. 1. **N**ihil erit impossibile vobis, εἰδὼν δοκιμήν, Syrus habet לא נחטאנו ומרום ו-*V*medem la nechashun: aliquid non erit potentius vobis. Seu, non praeudetur vobis. Fide omnia quicque potest; non enim sua, sed Dei manu operatur. Magna igitur est potentia fidelium, cum omnia à Deo impetrare atque efficiere possint, idque quod mirabilius est, etiam si Dei amici non sint.

§. 2. Accipienda illa Christi verba sunt, ut alias quæ generali doctrinam continent, positis nempe conditionibus, quæ recta ratio dicatur. Non enim fides perget negotia, si quis oculos spectator, suarum rerum negligens manum non admoveat. Nec ad curiositatem sed necessitatem & sobrietatem miraculorum virtutem Deus enlargatur.

§. 3. Impium est, quod Calatinus in hunc locum commentatur. *Certum quidem est, inquit, hyperbolam esse loquendi formam, cum fidei transferri pronuntiat arbores & montes.* Summa tamen hoc credit, Deum nunquam nobis de fore, modo ianuam aperiamus gratis ei. Impia est illa interpretatio. Christus cum dixisset, credenti nihil esse impossibile, duo quæ maxima videntur opera fidei producit. Montium & Arborum (apud Lucam cap. 17. 6.) translationem. Si hyperbole est, ementiens ergo superetatio, non ergo inter miracula continentur. Non nego in Scripturis esse interdum hyperbolas, quæ tamen verum sensum habent, huic loco conuenient nego. Quia Christus magna asseveratione hoc futurum pronunciat, si falsum est, eos decipit, non enim effici per fidem hoc potest. Deinde Paulus frustra dicit; *Si habeam omnem fidem ita ut montes transferam,* Si id fieri non potest. Habuit Calatinus unde ista

disceret, quodam religionis Christianæ tristores apud Hier. in Comment. qui negabant Apostolosdem habuisse, quod montes nullos transstulissent. Potuisse fieri, si occasio aut causa fuisset. Deinde tam est, ut est in historia Gregorij Neocesarensis. Addo etiam Pauli Veneti lib. 1. c. 18. in Armenio monte translato. Nec dubium montes cestrosi sunt, si Apostoli mandassent.

## VER S V S 21.

*Conuersantibus autem eis in Galilee, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum.*

## QVÆSTI O. I.

*Cur orationem & ieunium demoni ejiciendo necessarium dicat?*

§. 1. **I**ncredulitatem causam esse dixerat, cur non possent ejicere demum, addidit: habentibus fidem ut granum simapis, nihil esse impossibile. Quorum igitur nunc orationem & ieunium requiri, quasi fides sola sine his propositum tenere non possit? de ieunio exorcista loquitur, quamvis & Energiumenis sit utile. Aduerteris demum, inquit Augustinus Serm. 230. de tempore, nequitiam, quæ non Dominus armis ostendit, debemus virque retinere. Hoc arguitur in nullo ejicitur, nisi in oratione & ieunio.

§. 2. Diversi demum sunt genera, hic de obstinatissimo & ferociissimo agitur, cui ejicendo plura sunt adhibenda remedia, oratio & ieunium. Iam autem Christus semina ieunij spargere cepit, ut monet S. Chrysostomus. Chrysostomo autem è diametro Zwillingius aduersatur. Per ieunium tamen miserias intelligit abstinientiam ab omni sceleri. Atque ita loquitur, ut fidei omnia tributur, non autem ieunio quicquam. *Sepe, itaque, redeundum sedibus & innuandæ fides: Nam caro distractabit, & subinde abstrahit à Deo, oratione igitur & ieunio redendum.* Mittit betten vnum Ernst hoc est, oratione & serio. Itaque ieunare est Zwillingus, serio agere. Ita Deus dat in reprobum sensum, qui suo fato scripturam premunt, & depravare conantur, veteri Ecclesia contempta. Bullingerus cum de oratione, & ieunio dicit Dominum subducere orationem finge ad omnes tentationes & impuritates diaboli. Monet tamen Ecclesiam, vigilat, abstineat, orat. De vero itaque proprio ieunio Dominus loquitur, *Etiæ enim ieunium interdum mystice de omnium vitiorum fuga Patres interpretantur, non ille tamen huius loci sensus est.* Ut iudicent docent.

§. 3. Risi cum legi apud Aterium Calatinistam, ieunium esse sobrietatem. Si enim ad certum hoc genus demorum ejiciendum sobrietatem requirit, ad cetera ergo ejicienda non est necessaria, sed ebit quoque inter pocula exorcistarum officio fungi possunt. Quin etiam in Apostolos contumeliosus est, quasi sobrij parum fuerint. Si enim ieunare est Sobrium esse, ergo non ieunare est, sobrium non esse. Calatinus videtur verum ieunium cum vera famis molestia intelligere: cum negat posse in hoc certam descendere molles exorcistas, demum non summa contentione non vinci.

§. 4. Ne aliquid ieunio tribuant heretici, rati-

tummodo excitari per illud & acutu fidem committuntur, languori Fidei remedium praescribi orationem, oratione praesidum peti ex ieiunio, ait Calv. in Harmon. Hunc vero errorem Christus excludit. Nam si sola fide dæmon pellitur, sufficit eam esse, quale est granum sinapis, sive a ieiunio, sive aliquando excitata sit, ac nunc duo alia proponit, & adiungit diversa remedia sine quibus fides efficax non est. Quo ex loco etiam satis intelligi potest, quam vocet fidem sicut granum sinapis, nempe ardorem charitatem, orantem, ieiunantem, corpus pro aliena charitate affligentem, ne vero putetur tantum dicas causam duci de ieiunio. Marcus 9. 29. clarius exponit. Hoc genus in nullo est de ieiunio nullare, ut Beza verit, potest exire nisi in oratione & ieiunio. Orationem & ieiunium facit instrumenta ejiciendi Dæmones, quia de fide mentionem non facit. Concludit tandem. Hinc clare appetit, quam ridicule papistæ antidotum in ieiunio constituant, fugandis dæmonis, quin Dominus non alto refert, quam ad acuendum precandi ardorem. Antidotum fugandis dæmonis est non modo oratio, ieiunium, Eleemosyna, castitas, alia virtutes, sed impietas mischaritas. Non iussit eos Dominus orationis ardorem acuere ieiunio, & ita fidem accendere, Sed oratione & ieiunio pelli dicit, & sine illis pelli non posse. Nec potest exire nisi per preicationem & ieiunium. Cur ergo non ieiunantur dæmoniorum, sine quo pellinon possunt, & per quod pelluntur? Fides accendi, non solum oratione & ieiunio potest, verum etiam auditio, velleto verbo Dei, pia creaturaum consideratione, Sacramenta, & vt nuper quidam poeta impuri Tubingæ falso cecinerunt, concubitu. Hoc enim modo posse aiunt intelligi, Dei patris amorem in filium, si ipsi quoque filios generent, alio modo non posse. Si igitur fidei augmentum duntaxat erat necellarium, id dicendum erat, de oratione & ieiunio nulla facienda mentio.

Calvinus deinde verba Christi inuertit ita tamen, ut quam etiam opinionem refutet. Quum autem illud genus dæmonij aliter ejici posse negat, quam precibus & ieiunio. Sensus est, Vbi altas radices fixit Satan & diuina possessione inuoluit, vel ubi effrenata licetia & gloria. Difficile esse & ardua victoriæ, ideoque tuis viribus pugnandum. Orare ergo & ieiunare est totius in ieiunio nulla facienda pugnare. Nam sola fides non magnopere in pugna laborat.

Multi quoque putant, illud dæmoniorum genus his signari quod diu hominem obfedit. Ut Stapl. in antiqui, Lyranus, Spiritum fornicationis. Caietanus genus esse, quod furios & mutos faciat. D. Thomas, & Chrysostomus: omne genus dæmoniorum. Verum constat hic singulare genus indicari, contra quod ieiunio pugnandum. Basilios ieiunium vocat armaturam, qua aduersus impios Spiritus sit pugnandum. Sed si fidei sit opus, cur ieiunare oportet, queat Chrysostom. Quia vna cum fide non parvus in adversis ieiunium. Qui orans ieiunat, binas habet alas, inquit, quibus ipsos ventos volando præterebitur, sic Clemens Roman. Constit. Apost. lib. 5. cap. 19. Iustinus ad Anton. Pium. Irenæus lib. 2. 5. 56. Athan. Euseb. ad Monachos, allato Exemplu Ninuitanum, Berthulensem, Mardochæi, & addit. Hū (ieiunis) Saluator noster in carne hominis, quam affumpserat facetas diaboli tentantis obtundit. Quas est aliter potius expellere, docendos tamen populos voluit hac imitatione formare. Ieiunium sancit Christi fidem, quam non habebat, non accedit. Plura, l. de virginitate. Et Ephrem de ieiunio. Epiphanius in comp. doctrin. ieiunatenos, ait, ut pro peccatis nostris ieiunia nobis aperiat Deum supplicantur. Hil. in Psalm. 118. Alius ieiun-

nio placet, alius simplicitate fidem promeretur, aliis virtutis Eleemosyna redimit. Ambr. de Helia & ieiunio. Magna virtus ieiunij & tam speciosa eius militia est, ut ieiunare delectaret & Christum. Tam valida, ut ad celos homines traxeret.

## VERSUS 22. 23.

Et occidit eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister uester non soluit didrachma.

## QUESTIO I.

Quomodo contristati sunt?

§. 1. **A**vidito iam sepius de morte Christi praesatio turbantur, & contristantur valde. Marcus. 9. 31. At ipsi ignorabant verbum, & timebant interrogare eum. Et Lucas. 9. 45. Fuisse occultum, ut non sentirent illud. Aliquomodo igitur intelligebant. Sed tamen alii latere existimabant. Verba enim ipsa audire & percipere necessario debuerunt. Sed tamen quia vix tantum Christi cladem & arumnam ad animos admiscebant, parabolas, aliaque secum cogitabant. Quia de causa etiam de Petri primatu post non satis considerarunt, ambitione aliqua impedi.

Tarde credimus, quæ fieti nolumus. Et ipsa ramen dubitatio animum magis, ac magis angit. Id explicitu Chrysostomus, & causam reddit, cur post vocem patris, & tam multa audita adhuc hæsitarint. Factum est hoc, inquit, quod adhuc ignorarent, vim eorum quæ dicebantur, quod Marcus, & Lucas innuendo dicunt. Quod quidem ignorabant verbum, & interrogare timebant. Sed quomodo si ignorabant, dolebant? Respondet. ὁν οὐ μέντη οὐδὲν. Quod non omnia ignorabant. Nam de morte sciebant, continuo enim audiebant. Sed quod mortem breui evasatus, & resurrecturus esset, quæque inde bona secutura, non perspicue cognoscebant. Malebant eius sine morte gloriam videre. Amor autem magnus etiam breui amici malabesse veller, & immortalem amicitiam esse volebant, eam morte rumpi morte grauius existimabant. οὐδέποτε οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν, valde enim adhærebant magistro, inquit Chrysostomus. Stabiliserat amor, qualis & mundani amici quærunt, sed non inueniunt. Dicunt illi:

οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν  
Nullus amator, qui non semper amat.

Apostolorum amor immortalis erat, ideo & maior ex aduerso dolor. φιλία, est τὸν βεβαιῶν, stabilium fortium, dolor amantium.



F f 2 VER.

VERSUS 24.

*Ait, etiam. Et cum intrasset in domum præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum: à filijs suis, an ab alienis?*

QVÆSTIO I.

Quod fuerit didrachma?

¶ 1. **תְּדִידְכְּגָנְעָה** vocatur, quædam tamen exemplaria habent, **תְּדִידְכְּגָנְעָה**. Ita etiam Beza, alijq; legunt. Didrachma Maldonatus ait duo regalia, duos iulios decem solidi s gallicos. Siclum autem Hebreum fuisse Tetradrachmum. Syrus habet: **הַרְזֵן וּזְוּזִין**. **תְּדִידְכְּגָנְעָה** Theden Zuzin daceſſep rifscha. duo Zuzin argenti capitatum. In margine Bibliorum regiorum ex Elia adscriptum est **רִנְרִיְהָ וּזְהָאָרְבָּא אַלְלָא שְׁבוּ הָא** **שְׁבָסְבָּעָה וּזְרִנְשָׁה זְהָבָה וּאַרְבָּעָה וּזְוּזִין הָסְלָעָה**

**Denarius.** Hoc est ad verbum, Et *zuz* & *denarium* unum est, nisi quod *zuz* est de argento, *denarius* de auro: quatuor *zuz* in faciunt *slabah*, hoc est *scilum*. Quod distinctionem de *denariis* addit, id certe in lingua latina falsum est, *scipius* de *argenteo denario* agitur.

*Siclus.* 13. *Hoc dabit omnis qui transi ad nomen, dimidium sicali, mensuram templi. Siclus viginti obulos habet, Media pars sicali offertur Domino. Siclus autem est tetradrachmū, dimidia pars didrachma. Nonnullis videur id esse quod datur Num. 3, 46. & 47. pro primogenitis. Verum illud tum solum datum est, non postea. Non igitur hoc vel modo probabile est, licet autores habeant magnos.*

*Census Romanus.* §. 3. Tributum Augusti fuisse plures existimant. Ille enim censum egit cum Christus nascetur. Postea Vespasianus id quod templo dati se lebat iusit Capitolio inferri. Iosephi de bello, lib. 7. c. 26. Ino ante Augustum & Romanos Asiatici reges fecerunt, & Romani cupidè, ut erant avarissimi, fuit imitati.

VERSUS 26.

Et autem non scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum: et eum pescem, qui primus ascenderit, tolle: et aperto ore eius inuenies statarem: illum sumens da eis pro me et te.

## Q V A E S T I O I.

*An Christus debuerit tributum soluere?*

**S.1.** **N**on est in ipsa sententia difficultas, sed in ratione, qua eam Christus probat. Christus enim filios regum liberos a tributo significat, & se tanquam filium aeterni regis eadem libertate gaudere concludit. Nec tributum dare tanquam debitum, sed ne eos scandalizaret. Deum igitur esse indicat omnique onere immunitum, & tamen nobis indicat, scandalum omni modo fugiendum esse.

§. 2. *Ratio, qua se liberum à censione demon-  
strat difficultior est ut dixi ipsa sententia, qua probabili-  
erat. Reges, inquit, ab alienis tributum accipiunt  
non à suis filijs, ego sum filius, ergo liber à tributo.  
At non erat filius regis aliquicis terreni, Augusti vel  
Tiberii, aut Herodis. Deinde reges etiam tributum  
accipiunt à filijs regum alienis. Respondent aliqui,  
agi de didrachma quod templo soluebatur, hoc est,  
regi Dei, regi aeterno, liberum ab eo esse filium nau-  
alem Dei: eius etiam ministros domesticos, qui cum  
eo versabantur. Tota enim aula regia libera est: sed  
soluere gratuitæ liberalitatis erat.*

§. 3. Nec minor etiam vis argumenti fuerit, si a Clio modo proponatur. Filii regum liberi sunt, nec Dom censum dant patribus, multo magis igitur liberum esse oportet filium Dei, cuius potestas est in ipsis reges? Si Herodes aut Philippus Tetrarchæ filios Iacob non censem, nec eorum domesticos, multo minus, filios Augusti, aut Tiberij Cæsarum, dominorum suorum censere debent. Cur ergo filium Dei cuncta videntis? Cuncta supercilio mouentis? Cuius in f more scriptum est, *Rex Regum, & Dominus dominium.* Cum autem Dominum maris se ostendere, testatur se non obligatum censionibus tyrannorum. Errant ergo qui Petrum arbitrantur metu sic respondere, ne dubitate videatur, aut Magistratu le op ponere.

§. 4. Christum enim alijs annis soluisse probabilius est, eiusque rei Petru consicium fuisse. Querunt enim an non soluat, hoc est, non soleat soluce: De consuetudine autem illle responder. De metu quod dicunt: leue videtur, poterat enim cum Christis in conspectu esset, ab ipso querere, quid faciendum esset. Nec periculum erat ne indignarentur, si etiam in re nota Magistrum discipulus rogaret, quid agendum esset. Præsertim cum non nisi Domino conscientia solui census illle posset.

§. 5. Qui Christum tributo dando obligatum  
docent, mihi sane errare videntur. Nec Paulus illis  
fauct vlo modo. Nam quod ait, nobis similiem per  
omnia, excepto peccato, hoc de carnis mortalitate  
& imbecillitate dictum est, non de subiectione, qua  
magistratibus obligatus erat. Nemo enim est, qui le-  
gibus imperatorijs Christum subiiciat, vt nempe no-  
men daret militæ, vt suscipiter onera ciuilia ciuita-  
tum: tutor, testamentarius, decurio esset, aliqua sub-  
iiceret, ad quæ ciues lege cogebantur.

## O VÆSTIO II.

*Quomodo dedit?*

**S. I.** **D**uo proposita Christo erant, libertatem suam  
suumque tueri, nec tamen scandalum occa-  
sionem præbere. Itaque dari iussit. Sed magno mira-  
culo soluit: pescem enim præparauit, qui staterem in  
ore habuit, quem staterem ipse formauit & ori im-  
pofuit. Non enim solent pesces stateres ore retinere, sed  
si capiant in ventrem dimittere. Stater autem siclus  
erat seu Tetradrachum, Syrus vocat **אַתְּלָה** **Ephra**  
**staterem**, paululum nomine græco variato: pescis clau-  
pud Plinium qui Faber dicitur, & Piscis sancti Petri  
Chtistiani.

### Q V A E S T I O   III.

*An scandalum fuisset illis Dominus, si  
non dedisset?*

§.1. **D**istinctione rem expedient: acceptum scandalum futurum fuisse, non datum. Hoc ramen ipsum vitare charitatis esse. Timendum vero rat, ne

rat, ne si non solueret, turbæ eius autoritate vt erent, & tributum recularent. Constat enim paulo post Christum accusatum, quasi prohibentem tributum dare Cæsari.

## QVÆSTIO III.

Cur pro se &amp; Petro soluit?

§. 1. **H**æretici ne Petrum præ ceteris honoratum concedant, eum domum Capharnaum habuisse fingunt. **P**etrum erat ciuius, inquit Musculus, ideo exigitur tributum.

Respondeo. Andräam quoque ciuem fuisse, & Christum non fuisse. Ideoque à Petro & Andräa pertendunt fuisse, non à Christo. Beza etiam domum habuisse Capharnaum existimat: At è contrario Christus non habuit vbi caput reclinaret. Nec dominus erat cauila huius census, Capitatio enim erat, ut expiæ Syrus interpres ponit. Pro Petro igitur soluit, non pro reliquis, quia ipse caput erat. Collegij Apostolici, & singulari illo honore donandus. Iratidet Caluinus Catholicos. Ridiculi ergo sunt lapiſta, inquit, qui tam fruſo preterixa Petrum dignitatis ſocium Christi faciunt. Viciarium, inquit, ſibi legit, & parſe- cum honore dignatus eſt, quem ſolutione tributi ſibi aquirit. Aque hoc modo fabulosi faciunt omnes Christi viciarios: quia tanundem & illi pendebant.

Respondeo. Infelix præstigiator & verba & ſenſum Catholicorum deprauat. Nemo Petrum dignitatis ſocium Christi facit, monarca ſolus, ſocium regni ſui non admittit, licet omnes Sancti cum ipso, & lib. ipſo regent. Par honore nunquam Petrum dignatus eſt, namquam ſibi aequauiſſi infinitiſſimis enim ſpatiis diſtans honor Petri, à maiestate Christi. Par tamen aliquid præſtitit Petro, quod ſibi etiam exhibuit, cum ſoluit parentem pro ſe & Petro censum, quo Petrum non fecit ſibi parentem. Sed par pretium proviuiſque capite, hoc alteri Apostolorum nemini præſtitit, cum facile plures ſtateres poſſet dare. Petrus Domum Capharnaum non habuit, iam enim dudum omnia reliquerat. Nec tamen ideo ſubulci omnes viciarij Christi: Eos enim nec Christus tributo immunes pronunciavit, nec ſtaterem miraculo pro illis dedit. Non ſunt Viciarij Christi, qui tributa pendunt, ſed honoratus eſt à Christo, quem ſolum ex omnibus Apostolis elegit tantuſ miraculi admiſſio, & pro quo miraculorum ſtaterem dedit. Apostoli ceteri non magis immunes erant, quam Christus aut Petrus. Christum vero cōtumelioſe aggrefloſo exæctores existimat. Querunt inquit an ſoluit ſibi legibus, quia tanquam in certus hospes, huc illuc diſcurſat. Arque id in alios etiam Apostolos conueniebat, quos eodem modo ſine dubio ſunt aggrefli, ſi verum eft quod de Christo ille fabulatur. Et tamen pro illis Christus non ſoluit, poſquam illum librum pronunciasset. Quod ſi ſubulcorum queāpiam Christus aduoſaſſet, immunem à tributo edixiſſet, & tamen ne alios scandalizaret miraculo, ſtaterem pro ſe & ſubulcorum iuſiſſet, dubio procul magnum ille ſibi honorem à Christo habitum haud fallo iudicasset. Alter ſenſit de hoc Ang. l. 99. v. et. & noui testamenti. Dicunt ergo exæctores didrachmæ ad Petrum Apostolum. **M**agister vester non ſoluit didrachma &c. Quo diſto Magistrum vt pro omnibus diſcipulis ſolueret, conuererunt. **S**aluator autem cum pro ſe & Petro diſiubet, pro omnibus exoluſiſe videtur, quia ſicut in Saluatorē erant omnes cauila magiſterij, ita & poſt Saluatorē in Petro omnes coniunctur. Iſiſum enim coniuncturēt eſt caput eorum, vt

Adamii Couzen in Euang. Tom. I.

pastor eſſet gregis Dominici. Non igitur ſubulcorum Augustinus Petrum, ſed pastorem Dominici gregis iudicauit à Christo honoratum.

## QVÆSTIO IV.

An Christiani omnes à tributo liberi?

§. 1. **A** Nabaptistarum error ſeditionum & rebellionum fons, Christianos liberos eſſe, & immines à dandis tributis. Filii enim Dei ſunt, filii autem liberi. Respondeo. Filios Dei qui adoptione tales ſunt non eſſe liberos, filium Dei naturalem librum eſſe. Petrum autem & Apostolos ratione vocationis, & contubernij liberos fuisse. Alios vero Christianos oneribus ciuiilibus teneri, & ſi in ſeruituſe fint, obediſe Dominis oportere. Spiritus enim libetatem nobis, non carnis Christus contulit.

§. 2. Ciuii lege ſeu priuilegio non modo corpora Clericorum, ſed feuda etiam & poſſeffiones Eccl. ſiatum exempla ſunt à ceniſione ciuiiſ Magistratus. Habent vero hoc varijs regum & principum piorum donationibus, quæ reuocari non poſſunt, cum iam in paſta & publica ſcēdēa tranſierint, quæ ſunt inter regnum & Eccleſiam.

§. 3. Quærit Beza: Vnde Pontifici ius ciuile in magistratus, cum Petrus ſoluerit didrachma.

Respondeo. Non eſſe Pontifici Romano potestatem ciuilem ſupra magistratus, ſed ſpirituellem, vt Pastoris ſupra oves. Quam porro ridiculum ſit ex Christi facto de iure Pontificis argumentari, ciuibet conſiderandum relinquo. Soluere ſtaterem Christus inbet, non tanquam debitum, ſed ne ignorantes scandalizarentur, non ergo Pontifici ius detrahit, ſed potius aſteruit. Quin ipſi exæctores, ſive pro templo ſive pro Romanis pensionem exigeant, non ſuo more audacter, & pro imperio poſtulant, nec Christum adeunt, ſed modeſte à Petro quærunt. Deinde ſolutione ſtateris contenti ſunt. Miror etiam Bullingeri in tempiem, qui poſt multa in Pontificem conuicta tandem concludit, Christum ſe publicis nō ſubtraxiſſe oneribus, imo etiā dimidium ſiculum pro Petruſ ſoluiſſe, ne eius ſuccelfores tributa ſancto Magistrati negarent, concidere ergo Decretales, Clementinas & Extrauagantes. At Christus ſoluit ne scandalizarentur; hoc eft, vt ipſe Bullingerus interpretatur, alij ne imitarentur, ne turbam excitemus, fateturque Christum ſuo iure cefſiſſe; cum ergo ca de re Christus protestetur, quomodo præiudicium voluit Petri ſuccelforibus adferre?

§. 4. **H**uſſus olim hoc loco contra Clericorum immunitatem abuſus eſt, & auorum memoria Marſilius. Christus, inquit, ipſem dedit tributum potestati ſeculari pro ſe & Petro. Agnouit ergo ſe ciuili magistrati ſubiectum. Et Ioan. Marſilius. [Oſtendit] rurſum idem ex Matt. 17. vbi ſic ſcribitur, *Acciferunt* <sup>“Hæreti-“</sup> *qui didrachma accipiebant ad Petrum &c. & conſequen-“* <sup>“corum“</sup> *ter paucis interpoſitis ſubditur, quod Christus dixit* <sup>“argumen-“</sup> *Petro; *“et autem non scandalizemus eos &c.* nec dixit* <sup>“tum“</sup> *tantummodo Dominus *da eis*, ſed dixit, *da eis pro me & te.* &c. Quo igitur modo ex virute verborum Euangelice ſcriputa, ſunt exempli Epifcopi & prebiteri ab hoc, ne vniuersaliter à principum iuriſdiſione, niſi gratia eorum confeſſione, cum Christus & Petrus exemplum præbentes alijs, tributa ſoluerint. Et licet Christus ſecundum carnem de stirpe regia, hoc non debuifſet fortaſſe, Petrus tamen de stirpe regia non exiſtens, nec talem exemptionis habebat cauila, ſicut nec habere voluit. Quod ſi Christus putaret inconueniens futuros ſibi ſuccelfores in officio ſacerdotali tributa ſolueret, ac ipſo ſu-“* *tempo-*

F 3 temp-

temporalia subiecta fore principibus seculi, potu-  
is iste ipse absque mali exempli exhibitione (videli-  
et subiecti sacerdotium iurisdictioni principum  
seculi) altere ordinasse, atque expediuisse illos ex-  
stores didrachmæ, ut puta, remouendo ipsi pe-  
tendi talia intentionem, aut alio conuenienti mo-  
do; sic autem facere non reputauit inconveniens;  
quoniam soluere voluit singulariter inter Aposto-  
los Petrum sibi associans in hoc. Quitamen Eccle-  
sia precipuus Doctor, & Pastor, futurus erat, ve-  
tali exemplo aliorum nullus sic facere recusaret  
et cœ. ]

Hunc ego admiratus sum pro scientissima Republica talibus vsum argumentis. Quid enim si Christus & Apostoli Venetijs vitam agitassent, ab eis se tribum iure exigere existimarent? aut Christum tributarium Romanis censerent, id vero cum ipsis solemnitate liberum esse protestetur? At illi ad normam Hug & Wicletti a delinquentibus bona Ecclesiastica auferri posse docent, qui etiam Pontificem Magistratui ciuili subdit. Verum iam olim exempti fuerunt etiam ante Iulianum Apostata. Sozom. lib. 4. cap. 5. Idem leges Iustin. Capitula Caroli magni. cap. 2. & 33. & 34. & Iren. lib. 7. cap. 205. & legum Francic. lib. 6. 187. Vide Trid. f. 22. & 20. Lateran. sub Leone 10. Verum de illa questione vide eos, qui ante paucos annos contra causam Venetam scripserunt. Caesaris Baronij, & disceptationem Nicodemii, etiam Cardinalem Bellarminum, varios tractatus, Theodorum Eugen. Bonif. Bedraz. Hugel. Bartholomaei Medicis Bernardi Iusti. Denique Iacobi Gretseritres. & Adami Tanci duos libros, de immunitate Ecclesiastica.

De Christi vero immunitate huc in modum  
Chrysost. disputat. ὃ δέ λέγει ποιῶν ἐστιν ἐλέυθερος  
μηδ εἴμι σὸν αὐτὸν. εἰ γαρ ὁ γῆς βασιλεὺς ἔστο  
τῶν γῆν αὐτὸν οὐ λαμβάνειν, αὐτὸς δὲ τὸν ἀλιτερόν.  
Πολλῷ μάλιστον εἴη ἀποκλάχειν δέ τὸν τῆς αστυ-  
τίστεως πάντας, οὐδὲ πτερίας βασιλέως, αὐτὸς δὲ τὸν  
εργατὸν ὄντα με γῆν, καὶ βασιλέα, οὐδέποτε πέσεται  
τὸν γῆν καὶ τὸν ἔχοντας. Η δὲ σὺ λοι ποιεῖς καὶ τὸ  
ὑπόδειγμα παρέχει τῶν βασιλέων. ναὶ Φίσιον γῆς. αὐτὸς  
γνωστός. εἰ δὲ οὐχ γῆς, εἴ δε οὐχ γῆς, οὐδὲ γνωστός,  
εἴδε αὐτὸς, αὐτὸς ἀλιτερός, εἰδεὶς ἀλιτερός, εἴδε τὸ πο-  
λιθηγμα ἔχον τὸν ιδίων ιχνόν, αὐτὸς γαρ εἰδεὶς τὸν γῆν  
αὐτῶν, αὐτὸς τοῦ γηγενοῦς διαλέγει τὸ καὶ ιδίων, καὶ  
τὸν κανωνιστὸν τοῦ γεγνηθεῖτος βασιλέως, διό  
καὶ πρὸς ὁνδιαστῶν ἔγινε τὸς αἰδοτείσεως, οὐτω κα-  
λῶν. τες μὲν ἔξι αὐτὸν γνωνθεῖσας. τες δὲ αὐτὸν, οὐδὲ  
ἴσιον γεγνηθεῖσας οὐ δέ μοιοπότε καίνεν. τοῖς την  
Ἀστρακαλούφειόν τον πέπειρ γνόντος, καὶ τὸν τεθειόν  
τον. καὶ δέ ἐπιτίθεται αὐτὸς καὶ τὸν συγκατεβά-  
σεως τὸ αὐτὸν τὸν ἀγάν. ὅπερ ποιᾶς λοι σφίας. id est.  
Quod autem dicitur, tale quid est. Immunis ego à  
censu sum. Nam si reges tēra non à filiis sed à subdi-  
tis censum capiunt, multo magis me, qui non terra-  
rum, sed celorum regis filius sum, liberum à tribu-  
tis esse oportet. Perpendis quo modo distinxit filios  
à non filiis. Si enim filius non esset, hoc profecto re-  
gum exemplo vius non fuisset. Sed si ius quisquam,  
inquires, est: non autem proprius, nec omnino eius,  
sed alienus. Ita exemplum nullas vites habebit.  
Non enim de filiis simpliciter, sed propriis & re-  
gni hereditibus disputat. Atque ideo distinguen-  
do alienos opposuit, quo vocabulo eos appellauit, qui ab ipsis Regibus nati non sunt: suos vero  
quos ex se genuerunt. Tu vero illud eriam consi-  
dera, quomodo reuelatam Petri cognitionem  
hic confirmauit neque hic terminauit, sermonem,  
sed condescendendo, quod sapientia inestimabilis  
est, id ipsum approbavit.

§. 5. *Porto cum duplex sit immunitatis Ecclesiasticae primitus, ut scilicet libere possint exercere munia Ecclesiastica, etiam adiaphora studere, profici sci, edificare, contrahere, nihil impedit magistratu, alterum vero in negatione confisari, ut ne tributis premantur, non carent ad tribunalia secularia, non grauenter oneribus ciuiliibus, omnis illa concessa est iure divino, quantum ad ea que officij & vocationis sunt, in confessio est. Hec deinde considerantur, vel in sacerdotum personis, vel facultatibus. Tam enim ipsi quam eorum facultates seruitute ciuili exempla sunt. Antiquissimum tan hoc insuit. Dionysius cum olim tempore Apolorum eam libertatem defendit. *Nefas est sacerdotem a ministris, quae superiores sunt, atque a tui ordinis vita indicari, etiam si impius in diuina esse videatur: Etiamque quid aliud ex his que interdicta sunt, ecclesiis reprehenduntur. Nam si distinctiones, ordine que confundere, sacratissimas Dei sanctiones & iura transgreedi est, omni proficatione caret, Dei causa peruertere traditum diuinius ordinem. Ne quenam in se ipsum Dei sermo diuinus est, alioquin quomodo ipsius stare regnum? Et si Dei est iudicium, ut sacra Eloqua testantur: Sacerdotes autem Angeli sunt diuinorum iudiciorum continuo post pontificem magistrum ab ipsis tuis diuina congrue, ac suo ordine per medios ministros, cum tempestiu[m] fuerit, disce, per quos etiam cultus esse meruisti. An vero non hoc ipsum sacra signa proclamant? Neque enim sancta sanctorum omnibus similes sunt inaccessi; verum his appropinquat magis Pontificum sacra distinctione, deinde sacerdotum ordo, quos deinceps & minorum sequitur gradus.**

Q V A E S T I O V.

*An Clerici liberi à tributo & seculari  
tribunali?*

S. r. **C**lericum nullum constat ita liberum esse - in  
ge diuina, ut bonorum ciuilium, etiū, talij  
feudorum censum dare non cogantur. Onera enim  
ciuilia ipsae possessiones annexa habent, ne possint  
niisi ciuilis autoritate eximi. Postquam autem feuda  
& possessiones Ecclesiis datae sunt, non possunt sine  
inuria premi onere, quo liberati sunt.

§. 2. Clerici ab omnibus ciuitibus oneribus excepti sunt lege diuinâ, quæ eorum vocatione repugnat & officia impediunt. Hoc in 13. ad Romanos & in Polit. ostendi, & l. b. 9. polit. Adamus Tannerus doctissimum libro de Ecclesiastica libertate, Christi factâ & dictâ, hunc in modu exponit. Vnde triples statu potissimum argumentum sumi potest ad probandam discipulorum Christi & sacerdotum, qui eis successerunt immunitatem à tributo. Primum quia Christus tantum pro se & Petro (& nec id quidem nisi vitandi scandalis causa) soluit tributum, soluturus etiam pro alijs si obligati fuissent ad eius solutionem. Secundo quia satie aperte indicat, s. Petrus fuisse immunitem à tributo hoc ipso, quod pro eo quoquoniam nisi vitandi scandalis causa tributum soluit, iuxta illud: ut autem non scandalizemus eos, &c. Tertio quia afferit Christus, filios Regum est liberos à tributo, aut hoc nomine cunctos significans Apostolos, aut se ipsum, tanquam filium naturalem regis eterni, ac propterea liberum; ex exemplo humanae politia. Quod exemplum si bonum est probat etiam familiares ipsius Christi à tributo liberos esse. cum & in humana politia non tantum filius ipse Regis, sed etiam familia eius à tributis libera esse soleat. Vnde & Hieronymus in eius locum ait: Pro illius (Christi) honore, & tributa non reddimus, & quasi filii regis à vestigialibus immunes sumus. Et 3. Augusti l. b. 1. quaq. Euang. q. 23. scribit. In omniregno terræ non esse vestigiales filios regni illius, sub quo sunt omnia regnata esse.

Addi

Adi potest Christum vel ob hanc eriam causam; quod bona pauperum & Ecclesiæ, in tributa conuer- tientia, non erit, noluisse ex communibus loculis ad fiuum vicitum destinatis, tributum soluere; sed alia quasi fortuita occasione acquisitam pecuniam in tributum impendere voluisse.

Ne vero Ecclesiastica libertatis oppressor se ex- cufare, sceleris corrigit oportere. Clericorum criminis non opere esse immunita, hunc ille etiam præ- xam excludit. *Verum Demophilo fæ non est ista corrigi- n.* Nam si diuinus sermo iusta iustæ prosequi iubet (iuste ve- ro prosequi est, synecdoche quod sum est, pro meritis reddere:) iuste hoc omnes prosequi, non præter suum meritum, aut or- dinem debent. *Nam quod & Angelis iustum est, officia se- cundum merita diuidi, ut & profecto diuisa sunt.* *Verum hoc illu non a nobis à Demophile, sed per illos nobis ex Deo, & iussi quoque per superiores Angelos.* Atque ut breuiter dixerim: in omnibus que sunt per prima secundum a dispositi sima omnium, & iustissimæ præsidentia, iusta pro meritis tribuantur: ut iij quidam, quæ deinceps alijs statuunt inferioribus atque subie- diuntur merita tribuant. *Verum enim Demophilus ira & concupiscentiae moderationem, ei que secundum merita tribuat, neq; iijum violet ordinem, sed regat subditæ superemi- nentiam.* Nam si cum forte in foro apicemus famulatum Domi- ni Señor, adolescentulum, sive etiam filium Patri maledicere, similius impetu facta plaga inferre: pieratem violare vide- tur, nisi accurrentes præstantioribus opem ferre studeamus, quantumlibet illi fortasse prius, iniuriam perpetuam fuerint; cur quo non erubemus, qui rationem ab ira & concupiscentiâ iudicari, & à tradito sibi a diuinitus principatu deiici videtur, atque negligimus, & inter nos ipsos impianam, & iniustam tem- teriam, ac seditionem, confusioneq; excitanus. Merito sane nos a Deo nobis indulitus legifer, Ecclesia Deipresci prohibet eum, quod domini suæ erit non bene præfuerit. Qui enim se- psum regere nout, & alterum reget; qui alterum etiam domi- num, & quidomum ciuitatem quoque; & qui ciuitatem etiam gentem, atq; visummatum dicam iuxta veritatem vocem. Quis in modico fidelis est, etiam in multo erit fidelis; & qui in modico infidelis, & in multo quoque infidelis erit. Ipsi sicut concupiscentia & ira, atq; verbo congrua iure tuo imparte; tibi autem venerandi ministri moderentur, ministri sacerdos- tu, faceribitque Pontifices atque illis ipsis Apostoli, Apo- polium, successores convenientia dicent. At si quis forte & inter ipsos arcito transire deniarit, is aequalibus & sui ordinis fæcili corrugatur, ut non ordo in ordinem ruens, cuncta per- miscat, ad rufus quisque in suo ordine suaque officio maneat. *Ita in modico idcirco dixerimus, ut & scias & facias, quæ tui munera sunt.*

Plane ille ex instituto præceptoris sui Apostoli Pauli, qui non impunita delicta esse iubet, sed indi- canebit Ecclesia: vetat, iudicari Christianos apud infi- deles. Ideo ipsa sua auctoritate nouum tribunal institui. Posuit igitur etiam illud Petrus, & successor Petri. Multa hac de re doctissime scripserunt, ut Ludou- Molina, T. i. de Iust. d. p. 31. Petrus Binsfeld. de iniu- tio & damno dato, Dominus Sotus. l. 4. Sent. dist. 25. q. Michael de Palatio. l. 4. sent. Fran. Victoria relect. t. Courtoisius l. quæst. practic. c. 31. Henr. alii. Alii vero etiam exemptionem iuris diuini esse puto- tant, ut pleraque Canonistæ. Verum in quibusdam ita esse nemodubit. Nunc tamen satis est ostendere immunitatem esse & fuisse.

§. 3. Recollige tecum lector, quæ veteres in me- diis perfectionibus Ecclesiæ statuerunt. Anac. Ep. 3. Omnes causas sacerdotum iudicio vult terminari, & ad eos appellationem factam approbat. Patimodo Alexander primus. Epist. ad omnes orthodoxos. Pius primus ad omnes fidèles. Anicetus ad Gall. Episcopos. Victor ad Theophilum Alexandrinum. Fabian. ad Hilar. Caius Papa, Epistola ad Felicem Marcell. Ep. 21. ad

Episc. Orientales. Clericus vero, inquit, cuiuslibet ordinis absque Pontificis sui permisso, nullum presumat ad seculare Immuni- iudicium attrahere. at vero post hæc tempora multo ratiæ tribu- magis libertas Ecclesiæ videatur constitutio Au- natus: gust. dat. Non. Maij. Constant. Et Valent. Theodos. Arcad. quæ est causa. i. q. i. can. 5. continua lege sanctius, ut nullus Episcoporum vel eorum qui Ecclesia necessitatibus ser- uit, ad iudicia sine ordinariorum, sive extra ordinariorum iudicium protrahatur. Habent illi suos iudices, nec quicquam bis publicis est communis cum legibus.

§. 4. Liberitate autem Ecclesiastica ratio ipsa & natura demonstrat. Cum enim Ecclesia sit Republica quedam, à principio ius tribunalis constitundi accepit, & ex facto Pauli clarum est. Tam autem potest magistratus Ecclesiasticus suos à Christianorum principum iurisdictione, quam gentilium eximere. Nam Christiani principes Ecclesiæ subiecti sunt, Ecclesia est camque audire debent. Fieri autem potest, ut Cle- ricis subiecti principibus, & secularibus non pos- sunt ea libertate, auctoritate, potestate, munere suo fungi, & vitia corrigit. Videamus quomodo Chrysostomus contra Reginam. Ambrosius contra imperato- rios gryphos depugnat, legatur vita utriusque. Et ipse Ambros. l. 2. off. cap. 29. *Ministris quoties adversus regales impetus, pro videtur, imo omnium depositis cer- tamen subierimus.* Et sane videamus Pontifices ista ferio egisse. Gregor. Mag. in prænuntio Monasterii S. Medardi. Alexand. 3. cap. relatum. i. Vide Azo. l. 5. cap. 21. Molin. T. i. disp. 134. Iason. l. i. n. 21. cod. de Sa- crosanctis Ecclesiæ. Tiraquell. Tract. de prænuntiis iusti- tia. Nec dubitatur pii Imperatores sese multo in rebus Ecclesiæ subiectos esse, & multi Episco- pi etiam antiquitus Imperatores coegerunt.

Fabianus Philippum, Chrysostomus Arcadium, Ambrosius Theodosium, Ioannes Gregorius Henricum, alii alios, pro officio suo, iniurias creatori & Ecclesiæ illatas, necessaria leuiter vindicando & iustitiam asserendo.

Imo testantur hæretici huius Republicæ vexatione pluri mala in orbem inuenient. In præfatione de variis ministrorum gradibus suis, licet non veros Episcopos, præsca Ecclesiæ consuetudine, & præiugis defendit Adrianus Sarauia contra Bea- zam, & Gebennenses.

[In meo tractatu de diuersis ministrorum Euange- lii gradibus quicquid homines cogitent, non tantum veftras dignitates defendere, in animo habebam, sed omnium Ecclesiæ Christi tam Galliæ quam Germania Episcopis, & alii viris doctis & præfæ Ecclesiæ gubernationis non ignaris, datas offensio- nes à noscisis hominibus pluri in locis, si non tol- lere, saltem minuere, & vulnus (quod nunquam fa- nabunt qui infixerunt) lenire, & quantum licet, remoras propagationis doctrina Euangelica amo- liti conatus sum. Nunc videtis quantus vir malæ causæ patrocinium suscipiat: cuius opinio hoc no- mine populari inuidia, & quorundam cupiditati grata est; quod Episcoporum opes cæsuras sibi in prædanti sperant. & hec vna cibis reformatio, bo- norum Ecclesiæ sacerdotum direptio. In hac renouata disputatione Episcopalem autoritatem diuinae insti- tutionis, & Apostolica traditionis esse defendo: & id tam verbo Dei, quam vniuersali omnium Ecclesiæ ruum consensu doceri, & gubernationem illam Eccle- siæ qua Sacerdotes in veteri testamento vli sunt, & Apostoli & Euangeliæ in nouo, esse optimam & utilissimam tam Ecclesiæ quam Republicæ, nec eæ meliorem inueniri, aut ex cogitari pos- se neminem posse negare, pro fundamento af- sumo.]

§. 6. Videntur etiam exactores notasse, Petro quiddam concessum singulare præ cæteris, licet discipuli de primatu disquirerent. Humanum quid paſſi diſcipuli ſunt, quod Euangelista quoque significauit dicens: in illa hora, quando ſcilicet ceteris omnibus Petrum prætulit. Nam cum ex Iacobo & Ioanne, alter primogenitus eſſet, nihil tamen tale pro ipſis feciſſe videtur: veri autem turbationem profiteri ſuam, non aperie quare Petrum ipſis præponeret, ſed con-

fufe. Quis ergo maior eſt, interrogarunt. Quando tres illos præterri conſpexerunt, nihil tale pati ſunt: cum vero ad vnum delatus honor eſt, tunc nimis doluerunt: quamuis non ex hac re ſolum. Sed ex aliis quoque multis inflammati fuerunt: Tum quia dixit illi. Dabo tibi claves regni celorum: Tum quia: Beatus tu Simon Bariona, tum etiam hic: Da ei pote: Tum denique, quia liberius eum malo Christo colloqui conſpiciebant.

## CAPVT XVIII.

Mat. 9. c.  
34.  
Luc. 9. f. 46  
Inf. 19. b. 14  
1. Cor. 14.  
d. 20.

Mar. 9. f. 42  
Luc. 17. a. 1  
Sup. 5. c. 30  
Mat. 9. g.  
43.

Plat. 33. a. 8  
Luc. 19. b.  
Luc. 19. a. 4  
Luc. 17. a. 3  
Luc. 19. d.  
17.

Eccl. 13. b.  
13.

Iac. 5. d. 19.  
Deu. 19. b.  
15.

2. Cor. 13.  
a. 1.

Heb. 10. c.  
28.

Ioan. 8. c.  
17.

2. Thes. 3.  
d. 14.

1. Cor. 5.  
b. 9.

10. 20. c. 23.  
Luc. 17. a. 4

**D**illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Iefum, dicens: Quis putas, maior eſt in regno celorum? 2. Et aduocans Iefum paruulum, ſtatuit eum in medio eorum. 3. Et dixit: Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum. 4. Quicumque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſe, hic eſt maior in regno celorum. 5. Et qui iſe ſcepſerit vnum paruulum talem in nomine meo, me iſe ſcipit. 6. Qui autem scandalizauerit in num de pueris iſis, qui in me credunt, expedit ei ut ſuspendatur mola a ſimilis in collo eius, & demergatur in profundum maris. 7. Va mundo à scandalis. Neceſſe eſt enim ut veniant scandalata: verum tamen va mini illi, per quem scandalum venit. 8. Si autem manus tua, vel pes tuus, scandalizat te: abſcide eum, & proice ab te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes. 9. Et iſi oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proice ab te: bonum tibi eſt in ignem eternum. 10. Et iſi vno in vitam intrare quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. 11. Videte ne contemnatis, vnum ex his pueris: dico enim vobis, quia Angelii eorum in celis ſemper vident faciem patris mei, qui in celis eſt. 11. Venit enim filius hominis ſalutare quod perierat. 12. Quid vobis videtur: ſi fuerint alii centum oves, & errauerit una ex eis: nonne relinquit nonaginta noſem in montibus, & vadit quare eam, que errauit? 13. Et iſi contigerit ut inueniat eam: Amen dico vobis, quia gaudet ſuper eam magis, quam ſuper nonaginta nouem, que non errauerunt. 14. Sic non eſt voluntas ante patrem vſtrum, quin celis eſt, ut perereat vnum de pueris iſis. 15. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum in te, & iſipſum ſolum, ſi te audiuerit, lucratus eris fratrem tuum. 16. Si autem te non audiuerit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium tertiū ſlet omne verbum: 17. Quod ſi non audiuerit, ſi autem Eccleſia: ſi autem Eccleſiam non audiuerit: ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus. 18. Amen dico vobis, quecumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata eſt in celo: & quecumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta eſt in celo. 19. Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſeruerint ſuper terram, de omnibus quiamcumque petierint, ſiet illis a patre meo, qui in celis eſt. 20. Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. 21. Tunc accedens Petrus adeum, dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam eum? utque ſep̄ies: 22. Dicit illi Iefus: Non dico tibi utque ſep̄ies: ſed utque ſi piaugies ſep̄ies. 23. Ideo aſſimilatum eſt regnum celorum homini, qui voluit rationem ponere cum ſeruit ſuis. 24. Et cum capiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnum, qui debebat ei decem millia talenta. 25. Cum autem non haberet unde redderet, iuſſit eum Dominus eius venundari, & uxorem eius, & filios, & omnia, que habebat & reddi. 26. Procidens autem ſeruus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 27. Miſeritus autem Dominus ſeruus illius, dimiſit ei. 28. Egressus autem ſeruus ille inuenit vnum de conſervis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum, dicens: Redde quod debi. 29. Et procidens conſervus eius, rogarat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 30. Ille autem noluit, ſed abiit, & miſit eum in carcere donec redderet debitum. 31. Videntes autem conſervus que ſiebant, contriſſati ſunt valde: & venerunt, & narrauerunt Domino ſuo omnia, que facta fuerant. 32. Tunc vocauit illum Dominus ſuus: & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam negligeſt me: 33. Nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſeritus ſum? 34. Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadiſque redderet uniuersum debitum. 35. Sic & pater meus celſis faciet vobis, ſi non remiſeritis unuſque fratris ſuo de cordibus vſtris.

## IN CAPVT DECIMVM OCTAVVM

ARGVMEN TVM.

**D**ISCIPLVLIS, quis in celo maior eſſet? ambitione quærentibus, modestiam & honoris fugam ſuadet, vocato in medium paruulo, ſerio affuerans, non poſſe eos in regnum celorum ingredi, niſi efficiantur ſicut paruuli, & cum maiorem fore, qui ſe humiliauerit, ut paruulus iſe. Eādem occaſione ſcandala vitare moneret, etiam ſi opus ſit, membrorum abſcifſione. Paruulos contemni verat, ſi enim veniſſe ſalutum, quod perierat. Charitatem porro ſuam, pastoris ouem perditam quærentis, exemplum demonſtrat. Deinde ordinem modumque corrigendorum fratrum expoſit, ut primo priuatum,